quam scientia parit. Nesciunt, quod [ne] sciunt, quia, quod nesciunt, sciunt[1]). Sciunt enim, bonum esse, quod nesciunt, et propterea nesciunt, quia sciunt. Nam si nescirent, scire forsitan potuissent. Qualis ergo ignorantia est[2]), quam scientia generat[3])! Sed dicat[4]) aliquis: Expedit mihi magis ignoranter quam scienter peccare. At ego[5]) dico, iam non esse ignorantiam, ubi scitur, quid sit, quod ignoratur[6]). Illum forsitan excusare inscientia potest, qui nec, quod[7]) scire debeat[8]), nouit. Sed ut tibi euidentius probem, quod neminem purget[9]) ista defensio: dic mihi: Quid quaerit[10]) a cultoribus suis Deus? Ut suam, procul dubio, faciant uoluntatem. [Quae] quaerit[11]) uoluntas illius? Omnia, ni fallor, quae legis eius fieri[12]) mandata definiunt. Eandem legem[13]) sciri[14]), Deus cupit, an ignorari? Sine dubio[15]), sciri. Nam quomodo, quae praecepit, fient, si ea res, quam praecepit, ignoratur? Ergo prima uoluntas[16]) Dei est, sciri[17]), quae scire mandat, secunda, cum scita fuerint[18]), obseruari. Si ergo prima uoluntas est eius praecepta cognoscere, quomodo te[19]) per legis ignorantiam excusabilem putas, per quam Dei primae es transgressor uoluntatis[20]). Ego enim, quae[21]) scio, si non fecero, secundae uoluntatis transgressor sum, non tamen primae; facio enim, quod me primum Deus facere uoluit. Tu uero, qui primam transgrederis, quomodo eam, quae sequens est, adinplebis? Fieri enim potest, ut uoluntatem eius sciens et obseruet et neglegat. Fieri autem[22]) non potest, ut uoluntatem Dei nesciens inplere

[1]) M. hat st. Allem von »excusare« an bis »quod nesciunt, sciunt« bloss die zwei Worte »quod sciunt«, während in S. »inscientiam« ausgefallen ist, »par*e*t« st. »parit« steht (wohl nur Verwechselung von »i« mit »e« in der Aussprache) und »Nesciunt, quod *nesciunt*« durch Nichtverständniss und den Einfluss des folgenden »sciunt« zu »Nesciunt, quod *sciunt*« geworden ist. Der Gedanke verlangt »Nesciunt, quod *nesciunt*« (sie wissen nicht, *was* sie nicht wissen, weil sie wissen, *dass* sie nicht wissen). St. »*inscientiam*« könnte man auch »*ignorantiam*« ergänzen (weit. unt. heisst es: »Qualis ergo *ignorantia* est, quam scientia generat!«). Aber jenes Wort, das der Verf. ebenfalls weit. unt. braucht (Illum forsitan *inscientia* excusare potest), giebt einen schärferen Gegensatz. [2]) In M. fehlt »est«. [3]) M. gener*ant*. [4]) S. dič. [5]) M. A*d*ego. In S. ist »d« in »t« corrigirt. [6]) S. ignotur (˘ über »o« ausgelassen). [7]) Codd. qu*i*d. [8]) S. debe*re*. Durch Einfluss von »scire« entstanden. [9]) Codd. purg*i*t (Verwechselung von »e« mit »i« in der Aussprache). [10]) M. quidqi (que), S. quaer*at*. [11]) »Quae« was von »Omnia« in der Antwort verlangt wird, fehlt in beiden Codd., und st. »quaerit« hat M. »qu*ae* erat«. [12]) St. »facienda esse« oder »fieri debere«. Vgl. ob. S. 11. Text und Anm. 5. [13]) So S.; in M. fehlt »legem«. [14]) M. scir*et*. [15]) M. *Sed ubi*. [16]) M. noluntat*is*. [17]) Codd. scir*e*. [18]) M. fueri*t*. [19]) In M. fehlt »te«. [20]) M. noluntas. [21]) Codd. qui. [22]) Codd. *enim*. Durch Einfluss des »Fieri enim« im Vorangehenden entstanden.

sufficiat[1]). Facilius enim quis, quod scit[2]), non faciet, quam faciet, quod ignorat. Sed ut hoc manifestius probem: certe, ut superius diximus, nihil aliud Deus a nobis exigit[3]), quam [ut[4])] cuncta, quae praecepit, obseruemus. Et inde erit omnis causa iudicii, si quis inoboediens eius uoluerit esse mandati. Pone contemptores duos ante coeleste[5]) tribunal in Dei iudicio constitutos, unum ignorantem, alium[6]) scientem. Dicitur scienti illi: Cur, quae iusseram, non inplesti[7])? Quid respondebit? Nihil arbitror. Neque enim dicere poterit, Deum aliquando inpossibile quid praecepisse, ne eum iniquitatis titulo blasphemasse uideatur; et, cum nihil responderit, aeternis, ut dictum est, ignibus addicendus est. Tum[8]) et ignorans ille interrogandus est, cur et ipse non fecerit[9]) Dei uoluntatem. Credo, respondebit: Quia ignoraui. Deinceps interrogandus est: Cur ignorasti? Iam hic, quid respondeat, nescio, nisi forte: Quia nolui; et inuenietur[10]) duplicis culpae[11]) reus, et inperfectae et ignoratae uoluntatis. Omni modo enim mandatum suum fieri Deus optat, nec refert, utrum scienter, an[12]) ignoranter condempnatur. Nam testimonium illud ignorantiam[13]) non excusat, quo[14]) beatus apostolus utitur, dicens: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*[15]). Quomodo enim erit factor, nisi prius auditor exstiterit? Non uideo, quomodo aliquid faciat, qui, quid[16]) faciat, nescit[17])? Quapropter apostolus non auditorem culpat, sed cupit esse factorem, sicut alibi scriptum est: *Estote*[18]) *autem factores uerbi et non auditores tantum, fallentes*[19]) *uosmet ipsos*[20]). Sed ne me hoc propriis adstruere existimes argumentis, accipe legis exemplum, ignorantiam nihil prodesse, sed obesse[21]) magis peccatoribus posse. In regnorum libris legimus, Ionatham, Saul regis filium, indictum populo[22]) per exigui mellis gustum ignoranter uiolasse ieiunium[23]) et propter huius culpae reatum ita Deum ad indignationem[24]) esse prouocatum[25]), ut eum

[1]) Im Stande ist. [2]) M. sc*iet*. Durch Einfluss des folgenden »faciet« entstanden. [3]) M. exig*et* (Verwechselung von »i« mit »e« in der Aussprache). [4]) Fehlt in beiden Codd. [5]) Codd. coelest*i* (Verwechselung von »e« mit »i« in der Aussprache). [6]) M. *et* alium. [7]) M. plesti. [8]) M. tu*nc*. [9]) S. fec*e*ret (Verwechselung von »i« mit »e« in der Aussprache), M. fec*isse*t. [10]) S. ĩnenitur (o über n). [11]) M. culp*a*. [12]) M. *aut*. An *aliquis?* [13]) Codd. ignoranti*a*. [14]) M. quo*d*. [15]) Rom. 2, 13. [16]) S. qui*d*quid. [17]) M. nesciat. Durch Einfluss von »faciat« entstanden. [18]) M. *stote*. Vgl. Kirchenhist. Anecd. S. 167, 180 und 171 und die pseudaug. »Hom. de sacrilegiis« S. 7 und S. 55 Text und Anm. 1. [19]) M. fall*a*ntes. [20]) Jac. 1, 22. [21]) S. obes*e*s. [22]) M. popu*li*. — 1 Sam. 14, 24. [23]) 1 Sam. 14, 27. [24]) M. indign*ia*tionem. [25]) S. pronoca*nte*m.

punire uoluerit, nisi populus exorasset[1]). Unde et[2]) intellegi datur, quod ad peccantis culpam sit referendum etiam, quod ignorat.

Sed mundanis[3]), inquies, necessitatibus occupatus sum. Ut Uirgilium, Salustium[4]), Terentium, Tullium et caeteros stultitiae et perditionis auctores non Deum, sed idola legeris praedicantes, tempus uacuum habuisti[5]). Nunc uero, ut prophetas, ut Christum, ut apostolos, diuinae sapientiae et aeternae uitae magistros legas, diuersis curis et innumeris necessitatibus praepediris. Quapropter errare te ulterius nolo, quem illius deuotionis esse cognoui, de quo[6]) non inmerito Deo cura sit.

3. In primis ergo Dei uoluntatem, quae in lege eius continetur, ut eam facere possis, agnosce, et tunc te Christianum uerum scito, si omnia, quae Deus praecepit[7]), obseruare curaueris. Nolo, exempla respicias plurimorum, qui huius relegionis decus in solo sibi nomine uindicant. Res enim tam magna paucorum est. *Quam arta et angusta uia est, quae ducit ad uitam! et pauci sunt, qui intrant*[8]) *per eam*[9]). Christianum enim non nomen, sed actus facit. Difficilius alicuius rei substantiam quam uocabulum poteris inuenire[10]). Errant enim nimium, qui in hoc se Christianos putant, quod[11]) Christianum tantum possideant nomen, ignorantes, quod non res nomini[12]), sed nomen rei debeatur[13]), et recte aliquem uocari, quod sit, quod non sit uero uanum esse si uocetur. Sed quaeris forsitan, quid sit Christianum esse[14]). Christianus est, in quo tria[15]) ista,

[1]) 1 Sam. 14, 26—45. [2]) In M. fehlt »et«. Vgl. ob. S. 4. Text und Anm. 4. [3]) M. »mundauit« unvollständig in »mundauis« corrigirt. [4]) So beide Codd. [5]) Vgl. Hier. Ep. XXII. Ad Eustoch. n. 29 und 30 (Opp. T. I col. 415—17 ed. Mig.) und hier insbesondere die Worte: »Quae communicatio luci ad tenebras? Qui consensus Christo cum Belial? (2 Cor. 6, 14). Quid facit cum Psalterio Horatius? cum Evangeliis Maro? cum Apostolo Cicero?« n. 29 (col 416) [6]) So die Codd. [7]) S. praecipit. Wohl nur Verwechselung von »e« mit »i« in der Aussprache. [8]) M. *intrent.* [9]) Matth. 7, 14 mit Ausnahme der Schlussworte »*intrant per eam*« (st. »*inueniunt eam*«), die aus V. 13 sind. Das Citat stimmt bis auf diese Schlussworte buchstäblich mit dem Citate bei Cyprian Testt. L. III c. 6 überein. S. das ob. S. 13 Anm. 5 Bemerkte. [10]) Mit den Worten »poteris inuenire« beginnt der Brief wesentlich mit dem letzten Theile des später zu gebenden pelagianischen Briefs »De possibilitate non peccandi« im Cod. Vat. 3834 überein zu stimmen. [11]) V. (der Brief »De possibilitate non peccandi« im Cod. Vat.) quo. [12]) V. nomi*nis*. [13]) So nach V.; M. und S sinnwidrig: »quod non nomen rei, sed res nomini debeatur«. Vgl. ob. S. 5. [14]) So nach S. und V. In M. sind die Worte: »si uocetur — Christianum esse« per Homoeoteleuton (*uanum esse* — Christi*anum esse*) ausgefallen [15]) In S. fehlt »tria«. M. »trea«. Verwechselung von »i« mit »e« in der Aussprache.

quae in hominibus[1]) Christianis debent esse, potuerint[2]) inueniri: Scientia, fides, oboedientia: scientia, qua[3]) Deus agnoscitur, fides, qua[4]) agnito creditur, oboedientia, qua[5]) credito seruitutis obsequium commodatur. Sed hae singulae[6]) per binas species diuiduntur[7]). Scientiae ergo species istae sunt: Una, qua[8]) Deum[9]) scimus, alia, per quam eius cognoscimus uoluntatem. Fidei uero species hae sunt: Una, qua Deum credimus, alia, qua[10]) Deo. Aliud est enim[11]) Deum credere, aliud Deo, quia omnis, qui Deo credit, et Deum[12]) credit, non omnis uero, qui Deum credit, Deo credit. Credimus enim Deum, cum esse confidimus, credimus uero Deo, quando[13]) fidem eius pollicitationibus[14]) commodamus. Oboedientia quoque[15]) geminas species habet: Una, qua malum facere prohibemur, alia, per quam bonum praecipimur[16]) operari. Noscat ergo prudentia tua, hunc esse Christianum, qui fidelis fuerit, fidelem uero eum esse, qui iustus exstiterit[17]), iustum[18]) autem nonnisi illum, qui Dei mandata[19]) seruauerit, Dei uero eum seruare mandata, qui mali nihil, quod Deus[20]) prohibet, fecerit[21]), et quidquid[22]) boni est, quod ipse praecipit fieri[23]), obseruauerit, scriptura dicente: *Recede a malo, et fac bonum*[24]). Nolo enim, censeas, illos saltim integros esse Christianos, qui quaedam bona faciunt, quaedam uero operantur mala, cum scriptura dicat: *Qui uniuersam legem seruauerit, offendat*[25]) *autem in uno, factus est*[26]) *omnium reus*[27]).

4. Dicis forsitan: Ipsorum mandatorum, quae nobis inplere necesse est, breuiter mihi species indica. Nihil esse breuius, puto[28]), quam quod[29]) apostoli de sancti spiritus[30]) iudicio definierunt, dicentes: *Quaecumque uobis fieri non uultis, alii*[31]) *ne feceritis*[32]). Et ipse Dominus: *Quaecumque uultis, ut faciant uobis homines bona*[33]), *et uos facite illis similiter*[34]). Haec duo mandatorum

1) M. *n*ominibus; S. *omn*uibus. 2) V. pot*er*int. 3) M. qu*ia*. 4) M. qu*ia*. 5) M. qu*ia*. 6) M. und S. h*aec* singula*e*, V. h*aec* singul*a*. Dies ist vielleicht das Rechte. 7) So nach M. u. S.; V. hat »di*rig*untur«. 8) V. qua *esse*. 9) V. Domi*n*um. 10) M. qu*am*. *Per* qu*am*? 11) V. enim est. 12) »Deum« ist in M. u. S. ausgefallen. 13) M. *cum*. 14) Dieses Wort ist in M. ausgefallen. 15) V. *ae*que. Vielleicht das Rechte. 16) V. *doce*mur. 17) M. extiter*at*. 18) V. iust*us*. 19) M. mandata Dei. 20) M. De*i*. Durch Einfluss der vorangehenden »ma*li*« entstanden. 21) M. *f*acerit. 22) V. quicquid. 23) M. u. S. praec*e*pit fieri. Vielleicht nur Verwechselung von »e« mit »i« in der Aussprache 24) Ps. 34, 15. 37, 27. 25) So nach S.; M. u. V. haben »offendit«. Offend*erit*? 26) »*Est*« fehlt in S. 27) Jac. 2, 10. 28) M. put*a*. 29) M. *quicquid*. 30) M. spirit*u*. 31) M. ali*o*. 32) Tob. 4, 16. In den apostolischen Schriften kommt der Spruch nicht vor. 33) »*Bona*« fehlt in V. — S. über diesen Zusatz Sab. z. Matth. 7, 12 34) Matth. 7, 12. Luc 6, 31.

genera, si quis bene intellegat et custodiat, ab omni poterit alienus esse peccato; in his enim consistit tota[1]) plenitudo iustitiae, quia quisque, quod sibi non uult fieri, alii[2]) non fecerit[3]); et non[4]) solum malum, quod inferri sibi moleste fert, alteri non faciet, uerum etiam omne, quod bonum est, quod negari sibi ab altero non uult, alteri exhibebit[5]). Iste[6]) enim non solum uicem boni, quod sibi non reddi non uult[7]), alio[8]) restituet, uerum etiam pro malo bonum, quod aeque[9]) sibi non optat abnui[10]), alio[11]) repensabit. Nullus est enim[12]), qui uicem inlatae recipere optet[13]) iniuriae. Illud etiam huic simile esse dinoscitur, ut[14]) quaecumque uolumus, ut faciant nobis homines, ita et nos illis similiter faciamus[15]). Uolumus enim, nos honorari ab omnibus[16]); et nos omnes honorare conueniet. Uolumus[17]), ut nemo nobis[18]) noceat; et nos similiter nocebimus[19]) nemini[20]). Sed etiam, si nocuerimus, uolumus, nobis indulgeri; oportet ergo et[21]) nos his, qui nos[22]) laeserint, ueniam dare. Debemus etiam inimicos diligere, quia nec eorum[23]) odio[24]) delectamur affligi[25]). Quid plura? Omnia, quaecumque[26]) possunt esse bona, in his testimoniis, si quis ea bene intellegat, continentur. Christiano enim laedere neminem[27]) licet, cui illud inplere testimonium conuenit: Neminem nocui hominem[28]), iuste uixi cum omnibus[29]). Non licet mentiri, non licet maledicere, non licet iurare[30]), non licet malum pro malo reddere, non licet adulari, non licet personas accipere, non inimicum odisse, quem amare praecipitur, sicut scriptum est: *Diligite*[31]) *inimicos uestros*[32]). Unde

[1]) V. tota consistit. [2]) So nach V.; M. und S. »alio«. [3]) So M., S und V.; nicht gethan haben wird st. sicher nicht thun wird. In Nachfolgenden stehen einfache Futt. S. über den Gebrauch der Fut. ex. st. des Fut. Kühner, Ausführl. Gramm. der lat. Spr. II, 112—115. [4]) M. und S. »non« ohne »et«. [5]) V. alteri, *necesse est*, exhibebit. [6]) M. Is*ta*. [7]) So nach V.; M. und S. »uult«. »Non« war in ihrer Quelle ausgefallen. [8]) V. ali*is*. Alii? [9]) M. aequ*i*. Wohl durch Einfluss des folgenden »sibi« entstanden. [10]) So nach V.; in M. und S. fehlt »abnui«. [11]) In V. fehlt »alio«. [12]) V. enim est. [13]) Wünschen möchte. V. hat »opt*at*«. [14]) »Ut« nach V.; in M. und S. fehlt das Wort. [15]) V. similiter *quoque* faciamus. [16]) So nach V.; M. und S. *h*ominibus. [17]) V. Uolumus *enim*. [18]) M. und S. n*os*. [19]) S. *non* nocebimus. [20]) V. nemini nocebimus. [21]) »Et« fehlt in S. [22]) »Nos« nach V.; in M. und S. fehlt das Wort. [23]) In M. ist »nec eorum« wiederholt. [24]) V. *nos* odio. Vielleicht das Rechte, M. *m*odio. Durch Wiederholung des »m« von »eoru*m*« entstanden. [25]) »Affligi« nach V. In M. und S. fehlt das Wort. [26]) M. »que cum« ohne »que«. [27]) M. neminem laedere. [28]) V. nemini nocui homini. [29]) Vgl. 2 Cor. 7, 2 It. *Neminem nocuimus*. [30]) In M. fehlt »non licet iurare«. [31]) M. *dilite*. Weglassung von ˜ über dem zweiten »i«. [32]) Matth. 5, 44.

intellegat prudentia tua[1]), quem ei non diligere licebit[2]), qui etiam iubetur amare inimicos[3]), uel cui esse poterit malus, qui se odientibus praecipitur esse[4]) bonus.

5. Non licet auarum esse, nec superflua possidere, non in terrenis honoribus aut facultatibus gloriari, cui[5]) in praesenti tempore paupertas, non diuitiae et ignominia magis quam nobilitas conuenit, dicente scriptura: *Quanto magnus es, humilia te*[6]) *in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam*[7]). Quisque[8]) enim se[9]) Christianum profitetur, per omnia auctoris sui[10]) exempla sectetur, sicut scriptum est: *Qui dicit, se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulauit, et ipse ambulare*[11]). Christus enim sibi in hoc mundo nec genus, nec diuitias uindicauit. Quod filii Dei sumus, apostolus dicit: *Karissimi, nunc filii Dei sumus*[12]). Turpe est ergo Dei filio hominis se filium gloriari[13]) et uelle, se temporalem diuitem dici, cui perpetuae diuitiae promittuntur[14]), praesertim cum sciat, huius uitae diuitibus regna[15]) caelorum Dominum denegasse, in euangelio dicente Domino[16]): *Facilius camelus intrabit per foramen acus, quam diues in regna*[17]) *caelorum*[18]). Qui ista seruauerit, scias[19]), hunc magnum esse Christianum, qui uero contempserit, non esse eum[20]), sed frustra uocari, intellegas[21]).

6. Et quoniam nobis per Christum non modo pietatis atque iustitiae, uerum etiam castitatis[22]) forma protenditur[23]), huius quoque exempli normam sectari[24]) debemus, ut illius perfectos probe-

[1]) V. Unde intellegi *d*at prudentia tua. [2]) V. licebit diligere. [3]) V. qui *ipsum* amare iubetur inimic*um*. [4]) V. esse praecipitur. [5]) M. cuī. [6]) So nach V.; M. und S. »humili*tate*«. [7]) Sir. 3, 18 (20). [8]) So nach M. und V.; S. quisqu*is*. [9]) In M. fehlt »se«. [10]) S. auctorisui (das »s« von »auctoris« und das von »sui« nur durch e i n »s« ausgedrückt). [11]) M. ambulare et ipse. — 1 Joh. 2, 6. [12]) 1 Joh. 3, 2. [13]) So nach V; M. und S. haben: »Quodsi filii Dei sumus apostolus dicit: *Karissimi nunc filii Dei sumus* Turpe est enim — gloriari«. Will man ihnen (ihrer Quelle) folgen, so wird man etwa zu lesen haben: »Apostolus dicit: *Karissimi — sumus*. Quodsi filii Dei sumus [, ut filii Dei ambulare nos oportet]. Turpe est enim — gloriari«. Allein die Umstellung von »Quodsi — sumus« und »*Karissimi — sumus*« und die Ergänzung von »ut — oportet« ist doch ziemlich gewaltsam und gewagt. [14]) V. promittuntur diuitiae. [15]) So die Codd. Vgl. unt. Anm. 17. [16]) M. und S »dicent*em* Domin*um*«, V. euangeli*o* dicent*e*«. [17]) So nach M und S.; V. hat »regn*um*«. Den Plur. hat auch das Citat in der »Pass. sanctt. Jacobi, Mariani« etc. n. VIII fin. bei Ruinart, Actt. martt. sinc. p. 227. Vgl. auch Juvencus Ev. hist III, 526: »Quam queat ut diues caelestia regn*a* uidere«. [18]) Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. [19]) M. sci*us* [20]) S. *um*. [21]) V. intellegas uocari. [22]) M. u. S. ca*r*itatis. [23]) V. pro*po*ni*tur*. [24]) V. sectari normam.

mus nos esse[1]) discipulos, qui et ipse uirgo esse uoluit et uirginibus caelestis regni praemium repromisit, sicut in euangelio dicit: *Sunt enim spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum*[2]). Nihil est enim tam carum Deo quam castitatis bonum, in quo praecipue eius similitudinem gerimus, si incorrupti post baptismum[3]) et integri iugiter manserimus. Est enim infinita uirtus corporis uincere uoluptatem[4]). Qui hostem uicit[5]), fortior fuit, sed altero; qui[6]) libidinem repressit, se ipso fortior fuit[7]).

7. Haec interim honorificentiae tuae, ut epistolae breuitas passa est[8]), credidi scribenda[9]), cupiens sanctitati tuae praesens loqui[10]) et de quibuscumque fueris consulere dignatus, te reddere certiorem. Opto, te semper Deo uiuere et perpetui consulatus honore gaudere[11]).

[1]) V. nos perfectos probemus esse. [2]) Matth. 19, 12. [3]) »Post baptismum« fehlt in V. [4]) So nach S. und V.; M. hat »uoluntatem«. [5]) M. uicerit. [6]) V. qui *autem*. [7]) So nach S. und V. In M. steht bloss: »Qui hostem uicerit fortior fuit. Die Worte »sed altero — se ipso fortior fuit« sind in ihm »per Homoeoteleuton« ausgefallen. [8]) V. pars est. [9]) M. crede *dis*cribenda, S. crededi scribenda, V. credidi *esse* scribenda. [10]) V. cupiens sanctitati tuae, *si iniuriosum non sit*, praesens loqui. Vielleicht das Rechte. [11]) V. gaure (Abbreviatur von »gaudere« mit Weglassung von ˜ über »au«). *Vale*; M. gaudere. *Amen*.

III—VI.

EIN PELAGIANISCHER TRACTAT
DE DIUITIIS
UND
DREI PELAGIANISCHE BRIEFE:
DE MALIS DOCTORIBUS ET OPERIBUS FIDEI ET DE IUDICIO FUTURO,
DE POSSIBILITATE NON PECCANDI
UND
DE CASTITATE.

AUS EINER VATICANISCHEN HANDSCHRIFT SAEC. IX/X

ZUM ZWEITEN MALE HERAUSGEGEBEN.

III.

Tractatus de diuitiis.

I. 1. Mirarer quorundam hominum mentes ita terrenae cupiditatis amore captas atque possessas, ut mundanas opes obesse nemini censeant, nisi hoc humani esse generis uitium recordarer, ut id caeteris melius iudicet esse, quod diligit, et hoc summum bonum penitus mente definiat, a cuius dilectu[1]) atque complexu in toto amoueri non ualeat. Habet etiam hoc conditio generis[2]) humani, ut, cum aliquo uitio fuerit capta, hoc apud alios pro magno tueatur bono, quamuis illud propriae conscientiae iudicio malum esse non nesciat. Tanta enim uis est peruersi animi et mali amore deprauati, ut nec proprio, nec extraneo iudicio adquiescat, et contra omnium suamque etiam uenire conscientiam malit, quam id inpugnare, quod ingenti ardore dilexerit[3]). 2. Tria enim sunt, quae nimio feruntur inpetu et ita cupiditatis ignibus accenduntur, ut restingui sopirique uix possint, gula scilicet et auaritia et libido. Ex quibus quisque uel uni fuerit mancipatus, tanquam de monte[4]) lucis ac uitae praeceps instabili uolutatione in mortem fertur ac[5]) tenebras, ut uix ullis eruditionum frenis[6]) et disciplinarum retinaculis reuocari iam queat. 3. Et quamquam haec tria tota sint grauia, sunt ita cognata[7]) sibi inuicem atque connexa, ut diuelli ac separari de sui societate uix possint. Difficillimum enim est gulae uoluptatibus deditum auaritiam uel libidinem uincere, cum una illi solatium praebeat, altera uero praesidium; tam desolata est enim absque libidine gula, quam absque auaritia destituta. Auaritia uero ipsa quodammodo se odisse uidebitur, nisi gulae libidinique deseruiat. Sed et libido penitus stare non poterit, nisi gulae, quae per auaritiam constat, foueatur auxilio. Ita, ut diximus, tria haec alterutrum

[1]) C. ›delectu‹ mit einem Strich (i) durch das erste »e«. [2]) So mit S.; C. *erroris*. [3]) So C.; dil*igat*? [4]) C. und mit ihm S. das sinnlose ›mente‹. [5]) So mit S.; C. ad. [6]) C. und mit ihm S. fr*ae*nis. [7]) So mit A. (dem Antwerpener Abdruck); C. *et* ita cognita; L. (der Abdruck in der Max. Bibl. Patrr. Lugd. T. VII) *sunt tamen* ita cognita.

sibi necessaria sunt, ut diuisa per sese et sequestrata esse uix possint. 4. Facilius tamen uel libido, uel gula, quam auaritia uincitur, quia illa duo, cum saturata fuerint, aliquid habere uidentur horroris, haec uero, sicut satiari nescit, ita nunquam suis amatoribus perhorrescit. Immo eo amplius ab his diligitur, quo magis augetur, et cum suis amatoribus ueterata[1]) succrescit. Cupiditas[2]) enim igni[3]) similis est; cuius fomentum mundanarum rerum uidetur esse substantia. Adde igni[3]) pabulum, in inmensum flamma nascetur; adde auaritiae, quod suum non est, in maius incendium cupiditatis excrescat. Denique apud multos inuenies gulam libidinemque prostratam, auaritiam uero ipsi uix, qui uituperant, deuicere. Unde animaduertendum est, qualiter suos amatores obtineat, quae etiam eos subjugare sibi nititur, qui illam odisse iam coeperint. Quid ergo mirum est, si inpudenter a suis cultoribus defendatur, cuius tanta uis est, ut illis nonnunquam, a quibus execrari[4]) coeperit, aliqua ex parte dominetur?

II. Sed dicit aliquis, cum de diuitiis loquendi exordium sumpseris: Quid te ad auaritiam contulisti? Quasi aliud sit auarum esse, aliud habere uelle diuitias. Tam enim quis propter auaritiam diuitias quaerit, quam propter diuitias auaritiam possidet (si tamen auarus possidet et non potius possidetur); et tamdiu diuitiae subsistere possunt, quamdiu a matre, ut ita dixerim, sua, auaritia, fuerint custoditae. Auarus enim ille non est, qui[5]) ex his, quae habet, indigentibus largius praerogat; et qui sua largius praerogare iam coeperit, nihil incipiet habere superfluum; et qui superfluum nihil habuerit, nec diues esse iam poterit, quia diues ex superflua possidendi nimietate censetur. Itaque ut quisque auarus esse desinit, esse cessat et diues.

III. Sed ille, inquies, auarus est, qui aliena diripit, non, qui priuata custodit. Quanti sunt autem, qui ita habeant sua, ut non ante concupierint aliena? Quisquis enim ex paupere diues efficitur, sine alieni concupiscentia hoc esse difficile potest. Satis uanum est, si eum ante rei possessionem auarum iudicas, cum concupiscit, et auaritia[6]) alienum putas, cum possidere iam coeperit. Aliud est, si et[7]) fornicationem exercere cupien-

[1]) C. und mit ihm S. das sinnlose »ue*n*erata«. [2]) So C. und S. Man erwartet »Auaritia« oder einen Zusatz zu »cupiditas«. [3]) So mit A.; C. und L. »igni*bus*«. Ignibus — quorum — ignibus? [4]) C. »execrare« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [5]) C. »que« mit einem Strich (i) durch »e«. [6]) So C. *Ab* auaritia? [7]) So C. Der Sinn von »Aliud est, si et — exercere iam coeperit« ist: Etwas Anderes (nicht »Satis uanum«) ist es, wenn du auch — möchtest (was du aber unmöglich kannst). S. hat »Aliud est, si et« falsch in »Aut si« corrigirt.

tem[1]), antequam eam exerceat, concupiscentem[2]) reputes, et a concupiscentia alienum credas, si exercere iam coeperit. [Si] omne[3]), quod ante rem est, crimen est, [quod uero in re est, crimen non est[4])], uide, quid esse possit in crimine. Nescio, quomodo eius rei factum defendas, cuius nec cogitationem excusabilem probes, uel qua ratione illius fructus innoxius sit, cuius uenere[5]) flores ex crimine.

IV. 1. Sed haec argumenta forsitan non uidebuntur[6]), nisi diuina auctoritate firmentur. Audi ergo, quid de hac re beatus apostolus censeat, uel quid auarum esse definiat. *Qui uolunt*, inquit, *diuites fieri, incidunt in temptationem et in laqueum diaboli et desideria multa et inutilia et nociua, quae demergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est auaritia*[7]). In qua uoluntate[8]), nisi fallor, auaritiam determinauit; quae uoluntas tam apud illos, qui nondum diuites sunt et fieri optant, quam apud eos, qui iam sunt et in eisdem perseuerare cupiunt, esse credenda est[9]). Nam si in illis tantum uoluntatem diuitiarum esse contenderis, qui ex pauperibus effici diuites optant, interrogo te, si illi, qui iam sunt, uolunt esse, quod sunt, aut iam nolle coeperunt. Si uolunt, est ergo etiam in illis diuitiarum uoluntas, quae a cupiditate descendit, et ipsi quoque apostolicae sententiae subiacebunt; aut si[10]) nolunt, quae illos necessitas urguet esse, quod nolunt? uel quomodo sunt, si non uolunt esse? et si pro certo esse diuites nolunt, cur non dant operam, ut desinant esse, quod nolunt? Si enim uere nolunt habere diuitias, cur non eas aut abiciunt, aut erogant, aut quolibet genere eis carere nituntur? Uel si quis auferre uoluerit, cur prohibent, cur resistunt, cur etiam saecularium iudiciorum auctoritate defendunt, cum, si uere eas habere nollent, gratulari deberent, si quis eos a re non uoluntaria liberaret? Summum enim benificium est eo carere, quod inuitus possideas. Si quis in corpore suo alicuius languoris uitio membrum putridum habeat, puto, quod gratanter, si amputetur, accipiat, nec succenseat medico, si eam partem aut urat, aut desecet[11]), quae et ipsa nihil prosit et sanis membris

[1]) C. cupienti. [2]) C. concupiscen*tiam*. Durch das folgende ›concupiscen*tia*‹ entstanden. [3]) C. bloss ›omne‹, was S. in ›Nam si‹ corrigirt hat. [4]) Diese oder ähnliche Worte müssen hier ›per Homoeoteleuton‹ ausgefallen sein. [5]) C. uenere. [6]) So der C.: Diese Dinge werden vielleicht keine Argumente zu sein scheinen. S. argumenta *fortia*. Argumenta forsitan *fortia*? [7]) 1 Tim. 6, 9. 10. [8]) So der C.; S. hat ›in qu*ibus* uoluntat*em*‹. [9]) ›Est‹ fehlt im C. Schon von S. hinzugefügt. [10]) *At* si? Si aut*em*? [11]) C. descet; S. verkehrt dissecet.

adferat sua uicinitate ardorem[1]). Ita et, qui diuitias habere nolunt, gratias agere debent sibi eas auferentibus, nec irasci; aut, si irascuntur et auferri[2]) sibi nolunt, promptum est uoluntatis indicium, quod iracundia defendente firmatur. Hoc enim abnuit perdere quisque, quod diligit. Nouam rem et satis incredibilem audio, nolle quosdam diuites esse, et tamen esse, quum multo facilius sit pauperem uoluntarium, quam inuitum diuitem reperiri. 2. Sed forte dicturus es: Aliud est uelle fieri, aliud uelle esse. Inter uelle fieri et uelle esse quid distat? Credo, quod ille, qui uult fieri, nondum est, ille autem, qui uult esse, iam est. Quid ergo intellegendum est, illum cupabilem esse, qui fieri uult, et alienum a culpa, quem iam esse constiterit, si in sola cupiditate, non etiam in re ipsa crimen est? Festinandum ergo est his, qui esse diuites cupiunt, citius esse, quod cupiunt, quia iuxta hanc definitionem tanto tempore noxae subiacebunt, quanto non fuerint, quod fieri cupiunt. At ubi esse coeperint, incipiunt iam nolle fieri[3]), sed uelle esse; et cum iam non uelle fieri, sed esse coeperint, ab illa sententia exuuntur, qua secundum quosdam tamdiu rei habentur, qui fieri diuites uolunt, quamdiu non fuerint. Et si huic definitioni consensus adcommodabitur, cunctis, qui iam aliena diripiunt, ut iam superius memini[4]), properandum est, ut ad diuitiarum summam perueniant. Sciant, se tum demum culpabiles fore, cum non fuerint[5]), quod fieri uolunt. Haec apud homines si forte ualent, quibus creberrime uerborum adfluentia et argumentorum coloribus exornata fallacia, dialectico lenocinante sermone, pro ueritate subicitur, et persuadetur, illius rei innoxiam esse possessionem, cuius est uoluntas in crimine, non apud Deum, ubi nulla tortuosae disputationis astutia, sed pura ualet simplicitas ueritatis, et diuinae determinationis sententia sua auctoritate dominabitur[6]). Per quam si etiam illi puniendi sunt, in quibus sola peccandi uoluntas fuerit, multo magis hi, qui quod in uoluntate mali[7]) habuerunt, opere etiam consummauerint.

V. 1. Ergo diuitiae malae sunt, inquies. Primum intellege, quid sint diuitiae, et tunc earum qualitatem callidus dispensator exequere. Tria enim ista sunt, in quae humanum genus diuiditur: Diuitiae, paupertas, sufficientia. Omnis namque homo aut diues, aut pauper, aut sufficiens sibi esse censendus est. Diuitiae sunt, quantum sensus mei intellegere tenuitas potest, plus habere, quam

1) Gluthitze, Entzündung. S. hat das Wort falsch in ›languorem‹ corrigirt. 2) C. ›anferre‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 3) C. nolle *esse* fieri. S. hat den Fehler nicht corrigirt. 4) C. meminit. 5) So C.; S. fecerint. 6) A. dominatur. 7) C. in uoluntatē (am Schluss einer Zeile) alii (am Anfang der folgenden).

necesse est, paupertas sufficientiam non habere, sufficientia autem est, quae medium inter utraque temperantiae possidet locum, non plus, quam necesse est, possidere. 2. Sed ne hanc definitionem meam putes et humani sensus spernendam censeas esse sententiam, audi sanctum spiritum in persona sapientiae dicentem: *Diuitias autem et paupertatem ne dederis mihi, constitue autem mihi, quae necessaria sunt, sufficienter*[1]), et animaduerte, nos superiorem determinationem non ex propriae praesumptionis iudicio, sed ex diuini spiritus auctoritate traxisse[2]). Et qui neque diues, neque pauper esse cupiebat, sed sufficienter sibi constitui[3]) necessaria postulabat, satis lucide manifesteque monstrauit, quod quicquid sufficientiae uel debetur, uel augetur, partim ad diuitias, partim ad pauperiem deputandum. Quod si ita est, quid tibi uidetur bonum esse amplius habere, quam sufficit? Quam sufficit, dico, non[4]) auaritiae, sed naturae. Auaritiae enim nunquam sufficere aliquid potest, etiam si totum mundum, ut est luxuriosa[5]), possideat. Eo enim magis augetur cupiditas, quo materia eius contagiosa densatur[6]). Credo, te aut legisse, aut legentes fortassis audisse: *Quod autem abundantius est, a malo est*[7]). Quod si non legisti, aut ad aliam, si legisti[8]), pertinere causam arbitraris, ex hoc certo diuitiarum qualitatem pensa, quod[9]) eas uir sanctus et sapiens ita respuat, ut precibus etiam sibi postulet denegari[10]). Considera enim, quale bonum sit, quod prudens sibi non dari poposcerit. 3. Sed nec paupertatem, inquies, habere uoluit, qui et ipsam a se efflagitat submoueri. Unde et me, quem iuxta eius uiuere sapientiam persuades, non minus a paupertatis inopia, quam a diuitiarum debes concupiscentia reuocare et ad hoc tantum constringere, quod eum dari sibi postulasse significas, cuius mihi prudentiae proponis exemplum. Plane ab illorum conparatione[11]), qui diuitiarum adfluentiam diligunt et superflua habere non metuunt, cum[12]) multos fratrum suorum

[1]) Prov. 30, 7 It. [2]) C. tran (am Schlusse einer Zeile) sisse (am Anfang der folgenden). Schon S. hat richtig corrigirt. [3]) C. constitui*ti* mit) zwischen ›*t*‹ und ›*i*‹. [4]) So nach dem C.; S. hat das zweite ›quam sufficit‹ gestrichen und ›dico non‹ in ›non dico‹ verändert (quam sufficit, non dico). [5]) C. luxoriosa (›v‹ mit schwärzerer Dinte von einem Corr.). [6]) C. densetur. Schon S. hat ›densatur‹. [7]) Matth. 5, 37. [8]) Die Worte ›aut ad aliam, si legisti‹ sind im Texte ausgelassen und am unteren Rande nachgetragen mit ·/. voran, was auch im Texte vor ›legisti‹ steht. [9]) C. qu*o*. Vor ›quo‹ ist ein Buchstab ausradirt. [10]) C. ›denegar*e*‹ mit einem Strich (i) durch das letzte ›e‹. [11]) Allerdings (gewiss, sicher) im Vergleich mit denen. [12]) S. hat, weil er den Text nicht verstanden, die Worte ›Plane ab eorum conparatione — superflua habere non metuunt‹ zum Vorhergehenden gezogen, nach ihnen einen Punkt gesetzt und mit ›cum‹ einen neuen Gedanken begonnen.

egere conspiciant, laudandus est ille, qui superflua indigentibus erogauerit et secundum ueteris testamenti doctrinam sufficientiae fuerit quantitate contentus. Sed ille maiore laude dignus est, qui non tantum testamenti ueteris, sed et noui[1]) uoluerit inplere mandata, praesertim cum hoc dominus et saluator noster suo tam uerbo, quam exemplo docuerit, uerbo, quod dixit: *Omnis, qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest esse meus discipulus*[2]), exemplo, quod[3]) eum secundum adsumpti hominis formam tam[4]) pauperem fuisse legimus, ut nec, ubi caput declinaret, proprium possideret. De quo et beatus apostolus testatur, dicens: *Quia pauper factus est, cum diues esset, ut illius inopia*[5]) *uos locupletaremini*[6]), ostendere uolens, tum maxime nos coelestibus diuitiis locupletandos fore, cum terrenas opes Christi spreuerimus exemplo, ut in nobis illud beati Ioannis[7]) in omnibus inpleatur: *Qui dicit, se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulauit, et ipse*[8]) *ambulare*[9]).

VI. 1. Omnia autem superius conprehensa diximus, non quo illam substantiam reprehensibilem iudicemus, quae, absque aliquo quaesita[10]) peccato, in[11]) bonis operibus erogatur, [et[12])] per quam se habentibus nulla delinquendi necessitas uel occasio ministratur, sed illam, quae ex malo conquiritur, aut malorum occasiones saepe fruentibus subministrat, uel cuius in misericordiae operibus nullus est fructus, quae suis tam perniciosa adulatione blanditur[13]), ut in terrenis opibus esse diuites malint, quam caelestis haereditatis locupletatione gaudere. Quantae enim adrogantiae quantaeque superbiae sit, quaeso, diligenter aduertas, illic nos ditari[14]) uelle, ubi Christum pauperem fuisse cognoscimus, et aliquam nobis potestatem dominationis adsumere, ubi ille susceperit formam seruitutis, sicut scriptum est: *Hoc enim sentite in uobis, quod et*[15]) *in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam*[16]) *arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum*[17]) *exinaniuit, formam serui accipiens*[18]). Certe, quisquis Christianus dicitur, Christi se esse disci-

[1]) C. »noue« mit einem Strich (i) durch »e«. [2]) Luc. 14, 26 nach Matth. 19, 21. Marc. 10, 21 und Luc. 18, 22 dem Zweck des Verfassers angepasst. [3]) C. que. [4]) C. tam*quam*. [5]) C. inopi*a*. [6]) 2 Cor. 8, 9 wesentlich nach der It. [7]) C. »ioannis« mit »h« über der Zeile von späterer Hand. [8]) C. *ille*. [9]) 1 Joh. 2, 6. [10]) C. sita. [11]) C. *et* in. Ist »et« richtig, so muss nach »peccato« »est« ausgefallen sein. Schon S. hat »et« gestrichen. [12]) Dieses Wort oder auch »uel« (s. das gleich Folgende) muss hier ausgefallen sein. [13]) C. blas(t)ditur. [14]) C. distare. Schon von S. corrigirt. [15]) In A. fehlt »*et*«. [16]) C. rapin*a*. [17]) C. »*sedmetipsum*«. Eine spätere Hand hat über »*me*« mit ganz kleiner Schrift »*se*« geschrieben. [18]) Phil. 2, 5 8.

pulum profitetur. Qui Christi discipulus est, debet doctoris exempla per omnia sectari, ut in discipuli et habitu et conuersatione magistri tam forma[1]) quam disciplina resplendeat. 2. Quae Christi forma est[2]) in tali diuite? quae eius similitudo[3]) in eiusmodi locuplete? quae conparatio inopiae cum adfluentia? quae communicatio humilitatis cum superbia? quid simile inter nihil habentem et superflua possidentem? Taceo iam de substantia. Uideamus, si uel morum aliqua sit diuitis similitudo cum Christo; nihil enim simile uideo. Ille elatus, hic abiectus, ille superbus, hic humilis, ille furiosus, hic mitis, ille iracundus, hic patiens, ille gloriosus, hic ingloriosus[4]), ille pauperes abhorret, iste conplectitur, ille uituperat, iste conlaudat. Solent nonnunquam diuites prae nimis ambitioso spiritu et superbo, quo omnem saeculi sibi gloriam concupiscunt, potestates ambire terrenas et in illo sedere tribunali, ante quod stans Christus auditus est. O humanae superbiae non ferenda praesumptio! Uideas, seruum sedere, ubi dominus stetit; et ubi ille iudicatur, hic iudicat. Quid est, Christiane? quid est Christi discipule? Non haec tui est forma doctoris. Ille ante tribunal humilis stetit; tu in tribunali, superba elatione subnixus, super stantes sedes iudicaturus[5]). Tu interrogas, ille auditus est; tu iudicas, ille arbitrio iudicis subiugatus est; tu sententiam praesumptuose[6]) eructas, ille innocens tanquam reus excepit; ille regnum suum negauit esse de hoc mundo, tibi uero mundani regni tam concupiscibilis gloria est, ut eam aut ingenti pecunia conpares, aut indigna et[7]) laboriosa adulationis seruitute merceris[8]). Et credis, te a Deo consequi, quod aut pecunia iniquitate quaesita conparas, aut indignus merearis[9]) adsecla frequenti salutatione[10]), dimittendo[11]) caput in terram et dominum dicendo, quem inrideas, quoniam et te ille honoris nundinator inridet; et quandoque te honoratum dici gloriaris, cum ille uerus sit honor, non qui pecunia, aut indigno seruitio quaeritur, sed qui moribus mancipatur. In conspectu tuo hominis corpus et similis tibi natura aut plumbo conliditur, aut fustibus frangitur, aut ungulis scinditur, aut ignibus concrematur. Et haec uidere pia sustinent lumina et spectare Christianus patitur adfectus et non spectare tantum, uerum

1) C. formā. 2) »Est« ist von späterer Hand mit etwas schwärzerer Dinte über den Text geschrieben (forma.$^{.est}$). 3) C. similio^{vdo}). 4) So der C.; S. hat »ingloriosus« in »inglor*ius*« corrigirt, vielleicht mit Recht. 5) Im C. folgen noch die Worte »forte de paupere«. Schon S. hat sie ausgelassen. Mit Recht. Sie sind offenbar ein mattes, schwächendes Glossem. 6) C. ˜sūt'. 7) C. »aut«, was S. beibehalten hat. 8) So mit S.; C. hat »mer*ea*ris«. 9) So mit S.; C. hat »mer*e*ris«. 10) C. sol*u*tione. 11) C. dimi*t*endo.

etiam inperioso fastigio carnificis exercere tormenta. Spectantem satis horreo; iam de iubente quid dicam? Mecum, iudex terrene, considera, nescio qua animi duritia ab illa passione inmunis et liber es, quam tibi aequalis natura perpetitur, uel quomodo humani corporis dolor humanae non penetrat mentis adfectum. Postmodum cuicumque Christiano tanta sollicitudo manet, ut nec capere quidem somnum queat, nisi illi[1]) pietatis curam adhibeat, qui, te iubente, diuersarum poenarum et multiplici subpliciorum crudelitate laceratus est, et diuini iudicii magnus incutitur metus, si ei non aliquam misericordiam fecerit; et tu nihil metuis, quo ille iubente haec perpessus est? In carcerem nonnunquam trudi etiam innoxios praecipis, quia aut gratiarum aut iniuriarum pulsaris adfectibus, et tunc tibi uideris magnus, cum dolor proprius uindicatur, et ingens cura Christianis superuenit et non mediocris diuinae indignationis formido, si eum ibidem positum non requiraut[2]); et tu securissima mente perfrueris, quo[3]) ille praecipiente detrusus est. Parum est enumerasse terrores, uerbera, carceres, tenebras et uincula rigida catenarum; tot necesse est sub iudice subpliciorum mortes euenire, quot[4]) poenae sunt. Et hinc Christianis multiplex ad pietatis officium angor innascitur, dum se uident in cognato corpore ab auibus et feris, sepultura quodammodo denegata, lacerari atque discerpi; et tu postquam ista[5]) defensor diuitiarum et honorum nundinator admiseris, securus, sublimibus fultus tapetibus, recubas, tamquam triumphalis illa praeda ponatur, conuiuas relatione detines, quem qua feritate laniatum quoue genere mortis occisum, spectante populo, humi[6]) proieceris, et ne quis inter epulas tuas huius relationis horrore terreatur, legibus te dicis esse subiectum, cum paulo ante euangelii auditorem[7]), aut, ut fama detulerat, disputatorem uiuere te Christi lege iactaueris. 3. Quae haec, oro te, causa est, ut inter eos, qui eodem Christianitatis uocabulo nuncupantur et eiusdem religionis sacramento censentur, sit tam magna discretio, ut alii tanta inpietatis crudelitate uersentur, ut obprimere, spoliare, torquere, interficere postremo non metuant, alii uero tanto pietatis terreantur[8]) adfectu, ut his inmisericordes esse uideantur, quos alii sine timore prostrauerint? Quid hoc sit, quod inter eiusdem religionis homines tantam uarietatem faciat, diligenti examinatione ponderandum est. Nunquid

[1]) C. ›ille‹ und so auch S. [2]) So der C.; S. falsch ›requir*at*‹. [3]) So der C.; S. falsch ›qu*a*‹. [4]) C. ›quo*d*‹ mit einem Strich durch den oberen Theil von ›d‹. [5]) So der C.; S. falsch ›ist*e*‹. [6]) ›Humi‹ steht im C. über der Zeile mit schwärzerer Dinte, wie von einer späteren Hand. [7]) C. audi*tion*em. Schon von S. corrigirt. [8]) C. *tr*eantur.

non omnibus, qui Christiani dicuntur, eadem Christianitatis lex data est? aut forte duplici et diuersorum praeceptorum genere continentur, uno, quo alios ad misericordiae pietatisque officia sit necesse constringi, altero, quo alii ad inpietatis crudelitatisque facta dimittantur?[1]) Aut tepidior his gehennae praeparatur ignis, quibus perpetrare crudelitatem libet, illis uero calidior, quibus pietatem exercere necesse sit? Unum corpus nos esse, apostolo dicente, cognoscimus; et, si unum certe sumus, unitatis opera facere debemus. Non sit in eodem populo tanta uarietas. Perscrutemur scripturas, et, quid potius tenendum sit, diligenti ac sollicita mente pensemus et alterutrum eligamus, ut aut misericordes simus, aut, quod horret auditus[2]), si expedit, crudelitatis professione uiuamus.

VII. 1. Sed cur ad haec sermonis textus euaserit, lector adtende. Nisi fallor de diuitibus loquebamur, quos nimia adfluentia[3]) delibutos ad omnes, quos superius memorauimus, inpietatis et crudelitatis actus[4]) uoluntas saeua deducit. Unde non inmerito omnium rerum prouidus Deus in scripturis fere omnibus diuitiarum cupiditatem uituperat atque condemnat, quam humani erroris causam nimirum fons scientiae patefecit. Quasi bonus medicus, qui artis suae peritia causas ualetudinis esse aut melones, aut pepones, aut ficus, aut mala, aut quaecunque pomorum genera nouerit, haec coram aegro, quanta potest, animositate uituperat et ad eius nititur uituperando adducere fastidium, sciens, illum sanari posse, si in primis occasiones infirmitatis abiecerit: ita animarum nostrarum medicus peritissimus diuitiarum concupiscentiam, quam peccatorum occasionem nouerat, ubique condempnat, et uult nobis horrere, quod noxium est, sciens a peccatis facilius dimoueri, si peccandi nobis causa deficiat. 2. Quapropter in psalmis dicit: *Nolite sperare in iniquitate et rapinam nolite concupiscere, diuitiae si adfluant, nolite cor adponere*[5]). Dicet aliquis: Non generaliter hoc loco, sed specialiter uidetur non adpetendas praemonuisse diuitias. Quae enim[6]) alia praecipue diuitiarum origo est, quam iniquitas et rapina? Quod hinc uel maxime probare sufficio, quod omnes paene, quos ex pauperibus uidemus diuites effici, non absque iniquitate aliqua uel rapina fieri posse cognoscimus. 3. De pauperibus qui efficiuntur, inquies; nunquid et illi, qui hoc esse ex parentum haereditaria successione

[1]) So mit S.; C. »quo alio*s* — dimitt*atu*r«. [2]) C. audit*u*. [3]) C. *abstinentia*. [4]) C. *locos*. [5]) Ps. 62, 11. [6]) Entweder müssen vor »Quae enim« einige Worte ausgefallen sein, die den Gedanken ausdrückten, dass der gemachte Einwand unzutreffend sei, oder man hat »Uerum quae« st. »Quae enim« zu lesen.

noscuntur, quos uel originarios diuites conuenit nominari? Illi quidem uideri possunt non ex iniquitate, sed ex iustissima haereditate possidere diuitias; sed ego non tam de diuitiarum possessione, quam de earum exordio disputabam, quod absque iniustitia aliqua difficile arbitror posse descendere. 4. Unde nosti, inquies, cuiusmodi diuitiae illae exordium habuerint, quae quando coeperint, nescis? Ex praesentibus cognosco praeterita, et ex his, quae uideo, etiam quae non uidi, intellego. Si me interrogares, ante mille annos quomodo gignebantur homines, uel iumenta, uel pecora, uel quaecumque multiplex natura animantium, ex coitu utique responderem. Et si diceres mihi[1]): Unde nosti? Praeterita ex praesentibus colligo, quia omnis causa[2]), cuius nunc originem uideo, huius etiam, quando non uidebam, eandem fuisse confido. 5. Ergo diuitiae iniquitates sunt? Non dico, quod ipsae iniquitates sunt, sed existimo, quod uel maxime ex iniquitate descendunt. Et si mecum uelles[3]) non iracundo, sed pacifico animo disputare et non illam rem, cuius amore iam captus es, animosa contentione defendere, sed, omni prauitatis intentione deposita[4]), placata mente atque tranquilla rationem ueritatis audire, forte probarem tibi[5]), ipsas diuitias[6]) iniquum esse tenacitate nimia custodiri.

VIII. 1. Iustum ergo tibi uidetur, ut unus superfluis exuberet, alius usibus cotidianis indigeat? hic nimia soluatur adfluentia, ille detabescat inopia? iste pretiosis et splendidis et supra naturalis disciplinae necessitatem dapibus distendatur, ille nec uilibus saturetur cibis? hic amplas et innumeras pro uanissimae praesumptionis instinctu pretiosis marmoribus ornatas possideat domos, iste nec exigui saltem tuguriuli proprietate aut frigus arceat, aut ab aestu refugiat? ille infinitas possessiones et inmensa terrarum spatia obtineat, iste nec ad sedendum quidem angusti cespitis propria possessione laetetur? ille auro, ille argento, ille lapidibus pretiosis et omnium rerum ubertate ditetur, iste fame, siti, nuditate et rerum omnium egestate consumatur[7])? Adde[8]), unde maior huiusmodi iniquitatis possit esse suspicio, quod[9]) malos potissimum exuberare[10]) opibus cernimus, bonos uero paupertatis inopia laborare. 2. Quid

[1]) C. ›mehi‹ mit einem Strich (i) durch das ›e‹. [2]) So der C.; S. omn*em* caus*am*. Falsche Corr. ›Causa‹ in der Bed. Sache (cosa, chôse). [3]) ›Uelles‹ scheint von späterer Hand mit schwärzerer Dinte aus ›ue*lis*‹ corrigirt zu sein. [4]) C. ›depos*a*ta‹ mit einem Strich (i) durch ›a‹. [5]) ›Tibi‹ von späterer Hand mit schwärzerer Dinte ausgeführt. Es stand wohl nur ›t^{i}‹. [6]) ›Diuias‹ mit ›ti‹ über ›ia‹ von späterer Hand mit schwärzerer Dinte. [7]) A. consum*e*tur. [8]) So der C. Add*o*? [9]) So der C.; S. *quam*, quod. [10]) So schon S.; C. exuberar*i*.

ergo? Dicis: A Deo diuitiae non sunt? Quaecumque iustam defensionem obtinere potuerint, a Deo sunt; quae autem iniustitiae alicuius causam receperint, a Deo non sunt, quia ab omni iniquitatis suspicione esse debet alienum, quicquid Deo auctore confertur. Ante ergo probandum est, nullam in diuitiis esse iniustitiam, et tunc demum a Deo uenire credendae sunt. Certe Deum aequum iustumque confitemur, immo fontem totius aequitatis atque iustitiae. Quaero primum, quae iustitiae ratio[1]), quae aequitatis causa concedat, ut alius resoluatur abundantia, alius constringatur inopia. Et si Dei iudicio alios diuites, alios uero pauperes esse cognoscimus, quomodo uidemus nonnunquam recipere contraria et saepissime uaria diuersitate mutari? Quantos enim ex diuitibus pauperes uonimus, quantos iterum ex pauperibus diuites intuemur! Cum si Dei iudicio haec primo fuissent, nulla potuissent in diuersum contrarietate mutari. Oro itaque te, ut, omni animositatis contentione submota et eius rei, quam diligis, defensione sequestrata atque seposita, quae dico pura et sincera mente consideres, et uerborum meorum uim non ut tuae partis defensor, sed ut indagator ueritatis examines. 3. Certe, si inaequalitatem Deus in omnibus esse sanxisset, in cunctos eam creaturarum suarum distributionem fecisset, nec permisisset, ut essent in maioribus pares, quos in minoribus dispares esse uoluisset, et neque caeli, neque terrae, neque cuiuslibet elementi aequaliter beneficia caperent, quos inaequales esse per omnia oporteret. Considera ergo, quo more illa humano generi elementa deseruiant, quae non hominum iudicio, sed Dei arbitrio dispensantur, et uel ex pluribus pauca intellege, uel ex maioribus minora cognosce. Uide, si aëris huius beneficio plus diues quam pauper abutitur[2]), si solis calorem amplius minusue persentit, uel quando terris pluuia datur, si maiores guttae super agrum diuitis quam super agrum pauperis defluunt, si lunae uel stellarum micantia lumina diuitibus magis quam pauperibus ministrantur. Uidesne ergo, illa omnia, quae in nostra potestate non sunt, sed Dei dispensatione[3]) consequimur, nos aequaliter habere cum caeteris, et ea tantum, quae pro arbitraria libertate conmissa ad iustitiae probationem in nostram ditionem redacta sunt, iniuste nimis et inaequaliter possidere? Sed, ut de istis taceam, ad ipsa mysteriorum sacramenta ueniamus et consideremus, si uel illic erga humani generis conditionem aliqua possit inaequalitas reperiri. Uideamus, si alia lex diuitibus, alia est lata pauperibus, si alio illi,

[1]) C. »rat*e*o« mit einem Strich (i) durch das »e«. [2]) So der C.; S. »utitur«. Unnöthig, da »abuti« auch »aufbrauchen, verbrauchen« bedeutet. [3]) So mit S.; C. de*o* (dō) dispensatione. Deo dispensat*ore*? S. unt. »dispensat*or*is Dei«.

alio isti baptismate renascuntur, si non eandem peccatorum ueniam sanctificationemque iustitiae consequuntur, si non uno omnes spiritu munerantur, si non eiusdem altaris communione uescuntur, et unius haustus sanctificatione potantur. Quod si tam in carnalibus quam in spiritualibus dispensatoris Dei erga humanum genus aequalissima indulgentia inuenitur, iam clarescere incipit, inaequalitatem illam, quae in parte diuitiarum est, non diuinae gratiositati, sed humanae[1]) iniquitati esse reputandam. Cur enim in minoribus dissimiles uellet, quos in maioribus fecit esse consimiles? Aut forte dignus non est, ut terrena tecum aequaliter capiat, qui caelestia sine discretione[2]) consequitur? Puto enim, spiritum sanctum terrenis omnibus tam honoribus quam opibus praeferendum. Et credis, eum indignum esse tecum possidere, quod minus est, qui dignus exstitit habere, quod maius est? 4. Illud etiam a te quaero, quisque[3]) diuitias[4]) a Deo dari putas, ut respondeas mihi, quibus eum dare existimes, bonisne, an malis. Si bonis, cur mali habent? si malis, cur boni possident? si et bonis et malis, cur plerique et boni et mali non habent? Quodsi dixeris, diuitias a Deo conferri bonis, a diabolo autem malis, primum quaeram, cur non omnes boni Dei munere gaudeant; deinde adiciam, non magnum esse, si hoc uideatur bonis conferre Deus, quod malis potest diabolus exhibere.

IX. 1. Ergo nunquam, inquies, cuiquam Deus inuenitur contulisse diuitias? Nonnunquam sane, nec semper, nec omnibus forte, nec ab initio. Primum, nisi fallor, Abraham a Deo diuitem factum legimus. Si nullus ante Abraham diues, qui primus a Deo diues effectus est, diuitiarum exordium a Deo uenisse non dubium est. Quid, si non pauci fuere diuites, sed etiam plurimi? Nam et reges et potentes ante eum scriptura fuisse conmemorat. Non ergo initium diuitiarum a Deo, quando non is primus diues, quem primum a Deo diuitem factum esse cognoscimus. 2. Dicis itaque mihi: Quid refert, utrum primus, an nouissimus, tantum, a Deo fuisse, clarescat? Sane refert, quia illud uerum bonum definiendum est, quod a Deo principium sumpserit, illud uero potest non ita uideri bonum, cuius exordium non Dei dignatione, sed humana praesumptione[5]) censetur, quamuis, aliquibus facientibus causis, post conroboratam iam usurpationem a Deo quibusdam praestitum esse uideatur: — ut rex Israelis, quem non tam Dei uoluntate, sed populi prauitate legimus ordinatum, quamuis postea etiam Dei uoluntas

[1]) C. human*i*. [2]) So der C.; S. dis*tinc*tione. [3]) So der C.; S. quisqu*is*.
[4]) C. ›diu*i*as‹ mit ›ti‹ über ›ia‹ von späterer Hand mit schwärzerer Dinte.
[5]) Durch das ›e‹ von ›dignatione‹ und ›praesumptione‹ geht ein Strich (i).

accesserit, dum humanae fragilitatis iniquitatem clementi mauult lenitate corrigere, quam iusta seueritate punire; — ut sacrificia, quae in terra Ægypti filii Israëlis idolis offerre consueuerant, et Deo iubentur postmodum inmolare, non quod Deus animalium aut cruore delectetur, aut carnibus, qui alibi dicit: *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?*[1]) sed, ut paulatim infirmum populum et uariis iniquitatum operibus deprauatum disciplinarum suarum institutione formaret, noluit, eos usitatam consuetudinem et longi temporis serie[2]) roboratam penitus exponere[3]), sed in bonum interim conmutare, quandoque dicturus: *Quo mihi oues holocausti tui? Non enim ad hoc te feci, ut laborares*[4]) *in thure, uel mercareris mihi argento incensum, nec adipes sacrificiorum tuorum concupiui*[5]), cum iam possent robustiores capere, quod adhuc infirmiores audire non poterant. Simili modo et diuitias Abrahae intellegendum puto praestitisse Deum, famulo suo, quem solum fidelem in uniuerso mundo repererat, quod iam usurpauerat humana praesumtio et summum bonum esse credebat, ut uel sic ab idolis ad Deum animos sensusque conuerterent, quem uidebant cultori suo, quod illi optimum iudicabant, tam cito quam facile contulisse. 3. Taceo, quod illo in tempore omnia figuraliter gerebantur, dicente apostolo: *Haec enim in figura nostri contingebant illis*[6]). Neque enim idcirco nunc cuiquam nostrum aut per soporem coniux de lateris costa, Deo rursus fabricatore, formanda est, aut praeter uxorem etiam concubina adhibenda[7]), aut quatuor coniuges pariter possidendae, quia aut lateris Adae costa in mulierem uersa est, in qua Christi praefigurabatur ecclesia a sopore passionis eius uulnerati lateris cruore formata, aut, quia Abraham praeter uxorem concubinam habuit, in quibus duorum testamentorum figuram fuisse, apostolo dicente[8]), cognoscimus, aut quia Iacob quatuor uno in tempore coniuges habuisse perhibetur, in quibus uel quadriformis euangelii intellegenda doctrina est, cuius fecunditatis casta lasciuia per duodecim noui testamenti patriarchas spiritalis sobolis multitudo innumera pullulauit, uel quatuor populorum, id est Iudaeorum et Gentilium, Samaritanorum et Sadducaeorum, Christo per fidem copulatorum praefigurabatur spiritale connubium. Si enim haec, superueniente eius rei, cuius figuram gerebant, ueri-

1) Ps. 50, 13. 2) C. seriē. 3) So der C. ›*E*xponere‹ ist hinauswerfen, über Bord werfen, wegwerfen. S. hat das Wort ohne Noth in ›*de*ponere‹ corrigirt. 4) C. la*br*ares. 5) Jes. 43, 22—24 und Jer. 6, 20 It. ineinandergemischt und sehr frei nach der Erinnerung angeführt. 6) 1 Cor. 10, 11. 7) C. ›concubinā adhibenda‹ mit radirtem ˜ über dem zweiten ›a‹ von ›adhibenda‹. 8) Gal. 4, 22 ff.

tate, cessarunt et[1]) iam exercenda non sunt, quamuis aliquando fuisse noscebantur, cur non et diuitiis Abrahae aliquid mysticum fuisse credamus, ut[2]) alicuius post futurae rei[3]) imaginem fuerit necesse cessare? Denique quid de eo scriptura testatur, aduerte, quid dixerit illi Deus: *Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, et uade in terram, quam tibi dixero*[4]). Et post eadem scriptura refert, quod diues effectus est. Ergo per Deum diues factus est, qui propter Deum pauper extiterat. Pauper enim extiterat, et parentes et patriam relinquens (quod hac ratione factum esse, cui ista nisi[5]) legere nolenti sit dubium?), ut ostenderetur, eum in futuro per Deum caelestes diuitias consequi posse, qui propter ipsum in praesenti sua cuncta spernendo pauper esse uoluisset. 4. Quod de Abraham diximus, hoc de caeteris sentiendum est. Nam, si uolueris me ad Dauid et ad Salomonis[6]) uel caeterorum, quos illo in tempore fuisse diuites[7]) legimus, exempla prouocare, et ego te ad reliquam eorum formam prouocabo, quae tibi nunc ob alterius temporis et noui testamenti necessitatem iam per omnia sectari non conuenit, nec in diuitiarum causa forte conueniet. Nam si idcirco expetendas esse credis diuitias, quia sanctum Abraham et Dauid et Salomonem diuitem fuisse, scriptura intimante, cognoscimus, multa alia de his eadem scriptura testatur. Dicit enim, illos carnaliter circumcisos, sabbati otiosam habuisse custodiam, neomenias et scenopegias[8]) et caeteras legis caerimonias obseruasse, refert insuper, eos plures uxores et innumeras concubinas, ut de Salomone legimus, habuisse. Ergo et tibi haec omnia eorum ritu exercenda sunt, si illorum exemplo diuitiae adpetendae. Aut, si haec tunc tempore aliqua credis mysteriorum ratione praefigurata et tam diu exerceri[9]) debuisse, quamdiu eius rei, quae mystice praefigurabatur, ueritas nondum aduenerat, cur non et de diuitiis similiter intellegas, maxime cum scias, omnia paene, quae apud ueteres gesta sunt, imaginarie cucurrisse? 5. Deinde quale est, ut, qui Christi iubetur uiuere exemplo, sancti Abrahae et caeterorum magis uitam formamque sectetur? Interrogo te, cuius morte reparatus es? cuius cruore, cuius passione liberatus es? quis pro salute tua indignissima conuiciorum audiuit[10]) obprobia? quis infirmitates tuas suscepit, uel aegritudinum tuarum causas et insanabilia uulnera abstulit? quo aegrotus et iam

[1]) So der C.; S. falsch »*ea*«. [2]) C. *e*t. Schon S. hat »*ut*«. [3]) Im C. fehlt »rei«. [4]) Gen. 12, 1. [5]) So der C.; S. nisi ista. [6]) C. Salœmonis. [7]) So der C. Bei S. fehlt »diuites«. [8]) C. sceno*ph*egias. [9]) C. »exercer*e*« mit einem Strich durch das letzte »e« (i). [10]) Cod. audi. (»uit« über audi. mit schwärzerer Dinte über der Zeile, wohl Corr.)

morti obnoxius usus es medico? cuius caput pro peccatorum tuorum sentibus spinea est compunctum corona? cuius sputaminibus dedecorata facies? cuius maxillae palmis sunt a Iudaeis uerberata? quis, ne tu in perpetuo[1]) flagellareris, flagella sustinuit? quis felle et aceto potatus est? quis patibulo suspensus? quis maledictum crucis pro tua maledicta et abominabili uita[2]) sustinuit? cuius uulnere tua curata sunt uulnera? quis te ad uitam reduxit a morte? quis de inferis reuocauit ad caelos? Non patriarcha, non propheta, non alter quicumque sanctorum, sed Jesus Christus Dominus. Ipse enim spes nostra, ipse salus, ipse redemptio, ipse nobis imitandus, ipse sequendus, ipsi debemus omne, quod uiuimus, cuius constat esse, quod sumus. Nam satis iniquum est, nos, eius persona spreta atque contempta[3]), qui haec omnia pro nostra salute tolerauit, eos magis imitari uelle, qui pro nobis nihil tale perpessi sunt, quamuis suo tempore Deo placuisse noscantur. Dicit beatus apostolus Petrus: *Quia Christus passus est pro uobis, uobis*[4]) *relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius*[5]). *Eius* scilicet, non cuiuscunque alterius. Qui cum, adsumptis tribus discipulis[6]) secum, ascendisset in montem, ac Moyses et Helias, in quibus legis et prophetarum figura monstrata est, illic subito adparuissent, uox apostolis e caelo patris intonuit: *Hic est filius meus dilectus; hunc audite*[7])! Hoc est: Nolite priora[8]) meminisse, et antiqua nolite cogitare. Ecce noua, quae ante futura promiseram, nunc exhibui[9]). *Hunc*, inquit, [non[10])] Moysen iam, nec Heliam, a quibus Iudaicarum caerimoniarum custodia praedicabatur, quae erant Christi tempore cessaturae, sed illum, quem uenturum et magis audiendum lex et prophetae promiserant, qui uenit non legem soluere, sed adinplere. Adinplet enim legem, cum eam ueram ostendit. Ueram enim[11]) ostendit, quando per se cessare facit, quae illa[12]) cessatura praedixerat. Et de antiqua lege legem produxit nouam, et nouum testamentum promulgauit ex uetere, ut magis ac magis legis et prophetarum praedicta

[1]) So der C. [2]) »Uita« mit ganz kleinen Buchstaben über dem Text. Wohl nachgetragen. [3]) Das »p« von »contempta« steht über der Zeile mit schwärzerer Dinte. [4]) So der C.; in A. fehlt das zweite »*uobis*«; L. *n obis, uobis*. [5]) 1 Pet. 2, 21. [6]) Im C. steht nach »discipulis« und vor »secum« »dominus« (dñs). [7]) Marc. 9, 7; vgl. Matth. 17, 5 und Luc. 9, 35. [8]) C. *propria*. Schon S. hat dieses Wort richtig in »priora« corrigirt. [9]) Die Worte »Nolite — exhibui«, mit denen der Verf. die citirte Stelle erklärt, sind grösstentheils aus Jes. 43, 18. 19 in. (vgl. auch Jes. 48, 3. 6) entlehnt. [10]) S. hat »Non, inquit, Moysen iam«. Im C. beginnt der Satz mit »Hunc«, und fehlt »non« nach »inquit«. [11]) So der C., dem auch S. folgt. Man erwartet »autem« oder bloss »Ueram ostendit«. [12]) So nach dem C.; S. »illa quae«.

subpleret[1]), quibus continebatur: *De Sion procedet lex, et uerbum Domini ab Hierusalem*[2]). Et alibi: *Donabo eis testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum*[3]). In quibus omnibus aduertendum est, nos iam non antiquorum imitatores oportere esse, sed Christi, nec tam ueteris testamenti praecepta seruare debere, quam noui.

X. 1. In quo ergo Christus nobis imitandus est? In paupertate, nisi fallor, non in diuitiis, in humilitate, non in gloria saeculi, non concupiscendo[4]), sed contempnendo[5]). Et quae noui testamenti praecepta obseruanda sunt? In primis illa, quibus per diuitiarum contemptum peccatorum aufertur occasio. Unde Dominum eum sequi cupientibus et suo discipulatui se obferrentibus nihil prius praecepisse inuenies, quam diuitiarum mundique contemptum, sicut ibi[6]) obferrenti se, ut sequeretur, qualiter sequi deberet, ostendit, dicens[7]): *Uulpes foueas habent, et uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet*[8]). Hoc est dicere: Uide, si talis potes esse discipulus, ut talem sequaris magistrum; pauperem enim pauper celerius[9]) sequitur, nam diues, praesidente fastidio, dedignatur. Cesset nunc falsa allegoria, ubi ueritas adstruitur, et ubi lectoris non fauor quaeritur, sed profectus, nec scribentis ingenium promitur, sed rei integritas. 2. Item alibi: [*Si uis perfectus esse*[10])], *uade, uende, omnia, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis; et ueni, sequere me*[11]). Uides et huic non prius ad perfectionis gradum sequendi licentiam datam, quam sua omnia distraxisset et pauperibus erogasset. Sed peccata, inquies, iubetur, ut uendat. Et ubi tam stultum, nisi forte, qui ita intellegit, reperiet emptorem? Nescio, quis pretio conparet, quod etiam gratuito molestum est possidere. Sed diabolus, ais, emptor est. Quaero: Quod pretium ab illo uenditor accipiet, uel quibus, quod a diabolo acceperit, pauperibus erogabit? Sed de populo [Iudaeorum[12])] dictum est, cuius figuram adolescens ille portabat. Nunquid solus Iudaeorum populus diues, aut illi soli regni caelestis gloria patet? In legalibus, inquies, praeceptis diues erat; ergo legis mandata

[1]) So Schon S.; C. praedi*ca*ta subpleret. [2]) Jes. 2, 3. Mich. 4, 2. [3]) Jer. 31, 31 It. Was ›*donabo*‹ aubetrifft, so s. Sab.'s Anm. z. St. fin. [4]) So mit S. Der C. hat ›concupiscen*tiis*‹; ›ti‹ ist doch, wie es scheint, in ›d‹ verwandelt. [5]) C. contempnend*i*. [6]) So der C. Es ist wohl ›*alicu*bi‹ zu lesen. [7]) C. dicis. [8]) Matth. 8, 20. [9]) C. ›celer*e*us‹ mit einem Strich (i) durch das dritte ›e‹. [10]) Diese Worte müssen dem Folgenden nach im C. ausgefallen sein. S. hat dies nicht gesehen. [11]) Matth. 19, 21. [12]) ›Iudaeorum‹ ist im C. ausgefallen. Schon von S. ergänzt.

praecipitur distrahere. Et hic emptorem quaero, uel: Quomodo dato pretio tradere iubetur, quod gratis acceperat? Sic tractant, sic argumentantur, sic disputant, qui incubare diuitiis malunt, quam Christi mandata seruare, et qui pecunias magis, quam regni gloriam diligunt. 3. Item alibi idem Dominus: *Nisi quis renuntiauerit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus*[1]. Quid et hic dicturus es? Peccatis, credo, renuntiare praeceptum, non rebus. Et potest quis ante Christi discipulatum omnibus se exuere peccatis? Et si potest, quid illi amplius iam Christi magisterio conferendum est? uel in quo eius doctrina egebit, qui iam per se iustus effectus est? Sed[2] illud quaero, si peccata possidentur, aut possident. Si possidentur, de illis dictum uideri poterit: *Omnis, qui non renuntiauerit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus*; si uero possident, nulla ratio permittit, ut de possidentibus intellegatur, quod de possessione sit dictum. Sed, ut euidentius clarescat, peccata magis possidere, quam possideri, ipsum Dominum ausculta dicentem: *Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati*[3]. Seruus, ut reor, non possidet, sed possidetur. Quod si ita est, uelitis nolitis diuites, de mundanis rebus intellegi hoc necesse est. 4. Sed, cum perspicua ratione constiterit, haec non de peccatis, sed de rerum dici substantia, ad aliam se conferre solent intellegentiam, dicentes: Haec quidem de terrenis facultatibus intellegenda sunt, non semper tamen, nec omnibus, sed certis personis certisque temporibus inperata[4], id est[5] apostolis[6], quibus Dominum sequi erat per diuersa necessitas, et illo in tempore, quo primum Christianae religionis exordia pullulabant, et ita credentes persecutionum crebrior procella uastabat, ut in suis subsistere finibus suaque possidere non possent. Quapropter necesse erat persecutionum inpetum declinantibus sua cuncta distrahere, ne ea fugiendi necessitate penitus perderent. Nunc autem, propitio Domino, omnibus paene hominibus Christianis, ipsis etiam regibus et potestatibus Christi iugo colla subdentibus, tempora esse pacifica atque tranquilla et ab omni persecutionum infestatione secura, [ideoque[7] non necesse esse, quempiam sua uel erogare, uel uendere, cum hoc non tam religionis ratio, quam necessitas persecutionis exegerit. O auaritiae ingenium! non deest illi, quod respondeat, ut, quod diligit, non amittat. Sed quod haec non ita

[1] Luc. 14, 33. [2] So der C. Wohl kurz für: Sed, haec missa facio; illud quaero. Oder sollte »*Et*« zu lesen sein? [3] Joh. 8, 34. [4] C. sperata. [5] C. idē, was S. falsch »id*em*« gelesen hat. [6] S. hat in Folge seiner falschen Lesung von »idē« zu »apostolis« »praecipit« hinzugefügt, was der C. nicht hat. [7] Dies oder Aehnliches muss hier ausgefallen sein.

sint, clara et manifesta ratione constabit. 5. Ut autem ad illud[1]) primum respondeam, quod intellegere uolunt, solis apostolis dictum sua cuncta distrahere: Quando adolescens ille accessit, qui Dominum consuluit, quibus bonitatis meritis posset uitae aeternae praemium promereri, — quaero, si iam inpletus erat numerus apostolorum, quando ista dicuntur. Puto, quia iam. Cur ergo et illi dicitur: *Si uis perfectus esse, uade, uende omnia, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis, et ueni, sequere me*[2]), si hoc tantum apostolos erat necesse perficere? Aut certe illi, qui in Actibus apostolorum sua cuncta uendebant, et alii uenditorum pretia ante eorum ponebant pedes, alii per semet[3]) pauperibus erogabant[4]), cur hoc facere uoluerunt, si solis apostolis facienda cognouerant? Aut si per ignorantiam generaliter dictum putabant, quod specialiter fuerat inperatum, tam eorum inperitia[5]) erudiri apostolica scientia debuisset, quam inperitiae factum auctoritate cohiberi per posteros[6]). Quid? quod non solum prohibitum non est, [sed] insuper etiam[7]) ad posteritatis imitationem cum quadam praedicationis laude conscriptum[8])? Quodsi aliis faciendum non esset, tam arceri primum debuisset, quam nullius scripturae memoria ad aemulandum posteris reseruari. 6. Cur Ananias et Sapphira ob subtractam pecuniae partem morte mulctati sunt, si ne hoc ipsum quidem, quod obtulerant, obferre debuissent? Non enim debuerant, si, solis apostolis facienda esse, cognouerant. Quia mentiti sunt, inquies. Quid enim et apostolus de re superflua uoluit esse sollicitus, uel quid tam graui[9]) supplicio eius fallaciam condemnauit? Tam enim contempni debuit mendacium rei non necessariae, quam nec ueritas exigi. Praestat enim non perficere, quod nec inchoare debueras. 7. Et si[10]) solis apostolis hoc erat necesse seruare, cur et ipsi postmodum alios suo uiuere exhortantur[11]) exemplo, et tam diuitiarum, quam totius mundi contemptum in omnibus paene epistolis suis praedicant, sicut beatum Paulum ad Corinthios scripsisse legimus: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*[12]), et iterum: *Uolo, omnes homines esse, sicut me ipsum*[13]). Quod frustra[14]) facient[15]), si id facere omnino nec poterant[16]), nec debebant[17]). Non enim debe-

[1]) C. autē. illud (›ad‹ mit schwärzerer Dinte über der Zeile, doch kaum von späterer Hand). [2]) Matth. 19, 21. [3]) So der C.; S. falsch ›alii *se ipsos*‹. [4]) Act. 4, 34. 35. [5]) C. inperetia‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [6]) Die folgenden Geschlechter hindurch. P*rop*t*er* posteros? [7]) Im C. fehlt ›sed‹. S. hat ›sed etiam‹ ohne das ›insuper‹ des C. [8]) C. cons*p*riptum. [9]) C. ›graue‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. [10]) ›Si‹ fehlt im C. [11]) C. exhortâtur (n über der Zeile). [12]) 1 Cor. 11, 1. [13]) 1 Cor. 7, 7. [14]) C. frus*ta*. [15]) C. faci*et*. [16]) C. poter*at*. [17]) C. deb*eat*.

bant[1]), si hoc tantum erat apostolis inperatum. Et cum dicit: *Uolo, uos sine sollicitudine esse*[2]), puto illum diuitiarum adnuntiasse contemptum, quas quisque[3]) habuerit, absque ingenti sollicitudine esse non poterit. Denique, si sequitur: *Qui sine uxore est, cogitat, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, cogitat, quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori*[4]): uide quam te[5]) a mundi sollicitudine alienum esse optauerit, de quo te nec cogitare quidem uoluit. Hoc et Philippensibus testatur et dicit: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud Deum*[6]). Interrogo conscientiam diuitum, si nihil de diuitiis suis curant, si nihil inde solliciti sunt, si nunquam earum causa a psallendi, orandi, legendi uel cuiuslibet diuini operis retrahuntur officiis, si causarum uel litium inquietudine[7]) uacant, si contra Domini uel apostoli eius dictum saecularia nunquam iudicia adire coguntur, si nulla illis mancipiorum uel finium uel cuiuscunque causae calumniae suscitantur, per quas et a dominico opere retrahantur[8]), et diuinae legis transgredi mandata necesse sit. 8. Quapropter et beatus Iohannes apostolus dicit: *Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt! si quis dilexerit mundum, non est caritas [Patris*[9]*)] in illo; quia omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis et oculorum est et ambitio saeculi. Et mundus transibit et concupiscentia eius; qui autem fecerit uoluntatem Dei, manet in aeternum, sicut et Deus manet in aeternum*[10]). Oro te, ut horum dictorum uim solerti animo et mente perpendas. *Nolite*, inquit, *diligere mundum et quae in mundo sunt.* Quomodo non diligitur, quod magna cum auiditate possidetur? Nemo enim, quod non diligit, aut[11]) cupiditate teneat[12]), aut quaerat[13]). *Si quis autem dilexerit mundum, non est caritas Patris in illo.* Quid amplius dicere potuit, quam non esse amorem Dei, in quibus amor sit saeculi? 9. Ergo, inquies, diuitiae a Deo non sunt? Quis igitur aurum, quis fecit[14]) argentum? quis lapides pretiosos subdidit creaturae? Cuius nutu terra fundata est? uel cuius inperium[15]) uniuersa

[1]) C. debeb*a*t. [2]) 1 Cor. 7, 32. [3]) C. quisq*i*; S. quisqui*s*. [4]) 1 Cor. 7, 32. 33. [5]) C. qua*n*te. [6]) Phil. 4, 6. [7]) So der C.; S. falsch ›inquietudin*i*‹. [8]) So mit S.; C. retrah*u*ntur. [9]) ›*Patris*‹ ist, wie kaum zu bezweifeln, im C. ausgefallen, da es nicht nur die citirte St. hat, sondern auch der Verf. weit. unt. bei Wiederholung von *Si quis — in illo*. S. hat es nicht ergänzt. [10]) 1 Joh. 2, 15—17 It. [11]) So der C.; S. *tanta*. [12]) Der C. hat ›teneat‹, doch mit fast ausradirtem ›a‹ und mit mit ›t‹ in Verbindung gesetztem ›e‹. S. hat ›ten*e*t‹. [13]) So der C.; S. hat ›quaer*i*t‹. [14]) C. f*a*cit. Schon S. hat ›fecit‹. [15]) Der C. ›inperi*o*‹, was S. beibehalten hat. Ist ›inperio‹ richtig, so muss man ›producta sunt‹ oder ›prodierunt‹ lesen.

produxit? nonne Dei? Quis hoc negabit, nisi qui[1]) aut stultus, aut inpius est? Non idcirco tamen a Deo uidebuntur esse omnes diuitiae, quia eius res sunt, quae in unum congestae diuitiae appellantur. Ego enim diuitias, ut iam superius definitum est, non aurum non argentum, non aliam quamcunque creaturam, sed superuacuam non necessariae possessionis adfluentiam dico. Quae utrum ex Deo sit, quem fontem aequitatis atque iustitiae credi necesse est, tuo iudicio derelinquo. Constat enim, Deum praedicta creasse cum omnibus, non tamen, ut unus infinita possidendi adfluentia locuples[2]) fieret, alius nimia conflictaretur inopia, sed ut omnes aequali lance et pari iure possiderent, quod aequitatis auctor indulserat. 10. Beatus quoque Petrus ad praedicta consentit, cum dicit: *Qui uocauit nos propria uirtute et gloria, per quam*[3]) *maxima et pretiosa nobis promissa donauit, ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae, fugientes eius, quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem*[4]). Ex hoc arbitror manifestissime patere, non solum apostolos mundanam substantiam debuisse contempnere, sed[5]) etiam illi postmodum caeteros, ut ipsum[6]) faciant et suo uiuant exemplo, hortantur et docent, dominicae sententiae memores, qua continetur: *Ite et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecumque praecepi uobis*[7]). Et alibi: *Quae uobis*, inquit, *dico, omnibus dico*[8]).

XI. 1. Contemplentur nunc has sententias diuitiarum patroni [et uideant[9])], an ullis[10]) permiserit diuitias, qui omnia, quaecumque apostolis iusserat, etiam caeteris seruanda persuasit. Dicis forsitan: Propter difficultatem temporis inperatum est, eo quod sua possidere non possent, quibus adsiduos persecutionum inpetus erat necesse uitare. Primo quaeram, ubinam hoc legeris, uel quae tibi scriptura testata sit, quod credentes eiusdem temporis fugae uel persecutionis causa sua omnia distraxerint[11]). Aut quomodo et Hierosolymis et per alias ciuitates conlocabantur ecclesiae, si sua omnibus erat necesse deserere? Restat, ut dicas, de extraneis conlocatas[12]), et peregrinis magis persecutores pepercisse, quam ciuibus. 2. Sed esto, consentiam tibi, quod aut possessiones, aut domos, aut quaecumque alia

[1]) C. quia (am Ende einer Zeile, ›aut‹ am Anfang der folgenden). [2]) C. locupres. [3]) C. *quem*. Schon S. hat ›*quam*‹. [4]) 2 Pet. 1, 3. 4. [5]) Der C. ›*quo*‹. Schon S. hat dies in ›sed‹ corrigirt. [6]) So der C. [7]) Matt. 28, 19 fg. [8]) Marc. 13, 37. [9]) Diese oder ähnliche Worte (et considerent, et perpendant) scheinen hier im C. ausgefallen sein zu müssen. [10]) C. *so*lis; S. *nul*lis. [11]) So mit S.; der C. ›distraxe*r*ant‹. [12]) So der C.; S. falsch ›collocatis‹.

inmobilia esse poterant, a deserentibus distrahi fuerat necesse, eo quod ab iisdem circumferri per diuersa non possent. Nunquid et pecuniae portari aut circumferri non poterant? uel aliquid fugientes inpediebant, cum quis eo sit in fugiendi uel peregrinandi necessitate constantior, quo fuerit sumptuum ubertate securior? Iam, si domos, aut agros, aut quaecumque distrahebant alia [fugae causa eos uendidisse sit credibile, quæro[1])], cum ante apostolorum pedes uenditorum pretia deponebant, quae ad fugae subsidium magis reseruare debuerant, si eius necessitate sua cuncta distraxerant. 3. Sed bene est, quod hunc[2]) calliditatis sensum ex nimia auaritiae dilectione uenturum omnium praescius Dominus ante prospexit et omnem eius machinam ualidissimo diuinitatis suae sermone destruxit, quando non solum possessiones multas, sed etiam pecuniam habentibus difficillimae conparationis exemplo regni coelestis introitum denegauit. Qui si hoc fugae uel persecutionis causa dixerat, nummariam saltem possessionem indulgere debuerat, qua adiutus fugiens securus ad peregrina discederet. 4. Illud uero quale est, quod quosdam discipulorum illius fuisse diuites uolunt, cum alios persecutionis causa nihil habere potuisse contendant? Quomodo sibi haec cohaerere sufficiunt? Aut enim fuerunt aliqui diuites et iam non persecutionis obtentu sua quidem uidebantur cuncta distrahere, quando aliis licebat propria possidere; aut si persecutionis causa sua omnibus erat necesse distrahere[3]) quomodo diuites aliqui esse potuerunt? Necesse est enim, de duobus alterum definiri, quia utrumque simul non potest conuenire. Aut enim diuites fuerunt, et persecutio nullum coëgit distrahere, quae habebat, aut si coëgit, omnes coëgit, et nulli diuites esse potuerunt. 5. Et quomodo, inquies, Zachaeum publicanum et Ioseph ab Arimathia diuites fuisse legimus? Tu uideris, qui alio tractatu adseris, ob difficultatem temporis, non ob religionis deuotionem sua omnia cunctis necesse fuisse distrahere. Ego enim, sicut diuitem illo in tempore aliquem discipulorum Christi fuisse nego, ne eius fallax uideatur esse sententia, qua definitum est, nonnisi sua contempnentes eius posse esse discipulos, ita non persecutionis[4]), sed religionis causa eos sua distraxisse et erogasse contendo. Sed de persecutionis causa satis iam superius disputatum est, et manifestissime demonstratum est[5]), eos non ob eam uendidisse sua, qui nec uenditorum pretia sibi reseruauerint. Pauca nunc de Ioseph

[1]) Worte, wie diese, müssen hier im C. ausgefallen sein. S. hat dies nicht wahrgenommen. [2]) C. *adhuc*. Schon S. hat dies in ›hunc‹ corrigirt. [3]) C. *distribuere*. [4]) C. ›persecutiones‹ mit einem Strich (i) durch das letzte ›e‹ als Correctur. [5]) S. hat ›est‹ weggelassen.

et Zachaeo dicamus. 6. Si hunc[1]) Ioseph etiam post Christi fidem diuitem putas, quia scriptura eum diuitem nuncupet, erit et Matthaeus publicanus, quoniam post apostolatum publicanus cognominatus est. Sed, hanc esse scripturae consuetudinem, nouimus[2]), ut quosdam dicat esse, quod fuerant[3]). Sicut Abigail adhuc uxorem Nabal Carmeli nuncupat, cum, uiro priore defuncto, ad Dauid matrimonium transmigrasset, et sicut, qui ex gentibus Christo crediderant, etiam post fidem gentes appellat, et alios multos, quos nunc conmemorare prolixum est. Eodem ergo modo et Ioseph diuitem esse dictum credam, non quia erat, sed quia fuerat, ne male intellegendo[4]) Christi discipulo derogasse uideamur. Et si uere diues non fuit, inquies, unde tanta aromata conparauit? Ut taceam, quod non legis eum, sed Nicodemum, quem nusquam discipulum scriptura nominat, conparasse, magnum reuera argumentum diuitiarum est centum librarum aromatis pretium. Quod pauper etiam in eo praesertim loco, quo uilius distrahi certum est, habere facile potuisset. Zachaei uero exemplum, in quo diuitiarum patrocinio suffragetur, non intellego[5]), quod non modo diuitiis non consentaneum, sed contrarium uideo. Quid enim de eo scriptura refert? Quod, recepto Domino non magis habitaculi sui quam fidelissimi pectoris hospitio, nulla exhortationis interueniente doctrina, sponte dixerit: *Ecce dimidium ex substantia mea do pauperibus, et, si quid aliquem fraudaui, quadruplum reddo*[6]). Quo intellegi datur, eum, apud se ratione discussa, mediam substantiae partem in ratione fraudis expendisse, aliam uero, quae remanserat, pauperibus erogasse, ut illius beatitudinis particeps esse posset, quae pauperibus repromissa est. 7. Nam[7]) quod inter caetera diuitiarum argumenta[8]) proponere solent, passionis in tempore, postquam a Domino[9]) recesserunt, ad sua remeasse discipulos, inperite satisfaciunt, cum hoc non modo eorum parti non prosit, immo contrarium sit, si[10]) hi, qui Dominum sequi non poterant, nisi sua cuncta spreuissent, ad sua redire non possunt, nisi cum Dominum derelinquunt. Unde intellegi datur,

[1]) C. hvnc; v ist mit schwärzerer Dinte geschrieben und rührt von einem späteren Corrector her. [2]) Der C. »nouerimus«, was S. beibehalten hat. [3]) Der C. »fuerint«. Schon S. hat »fuerant«. [4]) C. »intellegendo« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [5]) C. »intellego« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [6]) Luc. 19, 8. [7]) Da »Nam« im Vorangehenden Nichts hat, worauf es zurückgehen kann, so muss zwischen »repromissa est« und ihm Etwas ausgefallen sein, was dem Folgenden nach ungefähr den Gedanken ausdrückte: Das bisher Angeführte und Widerlegte ist von dem, was sie zur Vertheidigung des Reichthums vorgebracht haben, noch das Scheinbarste. [8]) C. argvmenta (v mit schwärzerer Dinte von späterer Hand). [9]) C. dō (Deo). [10]) Man erwartet »*siquidem*«.

sequentium esse sua contempnere, ad sua remeare uelle deserentium. Denique scriptum est: *Uenit hora, ut dispergamini quisque in sua, et me solum relinquatis*[1]. Si placet, quod Dominum reliquerunt, placeat, quod iuxta quorundam intellegentiam ad sua remeasse dicuntur. Unde et nobis timendum est, si ad nostra redire uoluerimus, ne Dominum relinquamus. Haec diximus saluo eo, quod apostolos non ad sua, id est bona, ut quidam coacte nimis et uiolenter sentire cupiunt, remeasse, sed in sua, id est fugae loca, dispersos esse, credendum est. Neque enim dixit, ut reuertamini quisque in sua, sed ut dispergamini. De fuga, nisi fallor, illo in tempore agebatur, non de alicuius aut auaritiae, aut concupiscentiae occasione. Nam satis absurdum est, ut eos ad propria, quae iam non habebant, redisse[2] arbitremur, quos ante resurrectionem Domini magis uno in loco timoris causa fuisse legimus, quam unumquemque in propria domo uel possessione habitasse. Quin etiam, si[3] sua recuperare uoluissent, temporis spatium defuisset. Quantum enim interuenit temporis inter Domini passionem et resurrectionem, ut recipere sua potuisse credantur uel ad propria remeasse? Praesertim cum centum quinquaginta fere millibus passuum illorum prouincia ab eo loco, quo Dominus passus est, sequestrata noscatur, Galilaea scilicet, cuius patriae eos fuisse satis certum est, sicut in Actibus apostolorum ab angelo dictum legimus: *Uiri Galilaei*[4]! Et alibi: *Nonne hi omnes Galilaei sunt*[5]? 8. Illo etiam utuntur exemplo, quod in beati Iohannis euangelio de matre Domini continetur: *Et suscepit illam discipulus ille in sua*[6]. In sua bona, inquiunt. Primum quaero, quae bona piscator in aliena prouincia habere potuerit, qui nec in sua satis idoneus fuisse credendus est, etiamsi nihilum contempsisset. De sancto enim Iohanne Zebedaei filio dictum est, quem patrem cum nauicula et retibus ad sequendum Dominum intra Galilaeae terminos reliquisse scriptura testatur. Uel quomodo, etiamsi ante habuerat, quae iam contempserat, possidebat? Et qualiter intellegendum[7] est: *Suscepit illam discipulus ille in sua?* In sua ut matrem scilicet, non in sua bona. Hoc enim illi a Domino fuerat inperatum, ut eam, donec resurgeret, materno uenераretur affectu, ut eius uita filii solatio foueretur. Denique sic scriptum est: *Et dixit Iesus matri suae: Ecce filius tuus*[8]! Non dixit: Ecce hospes tuus! Et discipulo dicitur: *Ecce mater tua! Et suscepit illam*

[1]) Joh. 16, 32. [2]) So der C. [3]) Der C. »Quia si etiam«, was S. hat stehen lassen. [4]) Act. 1, 11. [5]) Act. 2 7. [6]) Joh. 19, 27. [7]) C. »intellegendum« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [8]) Joh. 19, 26.

discipulus in sua[1]), ut matrem utique, non in possessione, quia non de habitationis necessitate, sed de pietatis solatio agebatur.

XII. 1. Ueniamus igitur ad illam famosissimam propositionem, qua sibi rationabiliter argumentari uidentur saeculi amatores, dum sub specie pietatis perfectiora euangelica praecepta minime custodiri debere contendunt. Aiunt enim: Si omnes sua erogare uoluerint et nihil sibi penitus seruare, unde postmodum pietatis et misericordiae opera, eorum exhausta materia, celebranda sunt? Uel quomodo pauperes excipiendi sunt, ubinam hospites suscipiendi, unde cibandi esurientes, sitientes potandi, si substantia mundana defuerit? 2. Magnus reuera in his misericordiae et pietatis affectus est, quibus plus de pauperibus, quam de Deo cura est. Atque utinam de pauperibus et non potius de diuitiis, quas sub obtentu pauperum, sub necessario conantur pietatis titulo defensare, non intellegentes, idcirco egere alios, quod alii superflua possideant. Tolle diuitem et pauperem non inuenies. Nemo plus, quam necessarium est, possideat, et, quantum necessarium est, omnes habebunt. Pauci enim diuites pauperum sunt causa multorum. 3. Illud autem quale est, quod adpetimus, quod nusquam perfectis praeceptum est, et nolumus facere, quod praeceptum est? Dictum enim nobis est, ut nihil habeamus. Nihil uero habentibus nusquam aliquid de misericordiae operibus inperatum est. Uide ergo, quam peruersum quamque contrarium sit, ut propter illud, quod non est mandatum, dissimulemus facere, quod mandatum est, et, quod iussum non est, formare[2]) uideamur, ne, quod iussum est, inpleamus. 4. Sed dices: Si pauper fuero, unde eleomosynam faciam? Quasi alicubi non habenti tibi eleomosynam facere praeceptum sit, aut, ut semper facere possis, diuitiarum adfluentiam possidere[3]). Debuerunt ergo haec et apostoli Domino respondere, cum aut beatos pauperes diceret, aut, caelestis regni possessores non posse esse diuites, definiret, si non magis Christi praeceptum, quam diuitias cogitassent, quae per occasionem pauperum defenduntur. 5. Quaeris itaque: Quis misericordiae opera faciet iam, si omnes sua contempnendo ad perfectionis gradum nitantur ascendere? Cur autem non putes, uniuersos posse et pietatis gradum et perfectionis inplere, praesertim cum scias, paulatim singulos fidei incremento proficere. Duo certe populi esse uidentur ecclesiae, qui eundem Christum dominum confitentur, catechumenorum scilicet et illorum, qui ex catechumenis diuini lauacri sancti-

[1]) Joh. 19, 27. [2]) So der C. (schaffen, ins Werk setzen, bewerkstelligen, vollbringen). [3]) So der C.; S. hat »aut — possidere« in »aut semper facere possis diuitiarum affluentiam possidendo« corrigirt.

ficatione purgantur; nec quisquam baptizandus erit, nisi prius catechumenus fuerit. Et cum, hos duos esse, necesse sit, ad unum tamen ambo festinant. Nec idcirco omnes aut non poterant, aut non debebant ad eundem populum peruenire, quia, inter initia duos esse, manifestum est. Cur et non de causa misericordiae et perfectionis similiter sentias, quod omnes quidem pietatis gradus perfici in primis debeant, et nihilominus tamen conari perfectionis culmen ascendere, nec ideo misericordiae gradum euacuari, quia ad perfectionem omnes transire contendant, sicut nec catechumenorum, quamuis cunctos fideles esse conueniat, quia, ut dixi, pedetentim ad perfectiora transitur. Nam, ut[1]) de humanis traham exempla, in oratoris schola multi gradus sunt, et tamen omnes ad eum, qui primus est, currunt. Nec idcirco tamen posteriores penitus deseruntur, quia ad primum uniuersi peruenire contendunt. 6. Uereris enim, si tu diuitias, si etiam omnem mundi substantiam spreueris, ne non sit, qui misericordiam faciat. Nunquid solus in toto mundo possessor es[2]), ut metuas, te successorem habere non posse? Nolo, auaritiam tuam uel misericordiae, uel pauperum causa praetextuue defendas; tu, quod tuum est, perfice, ad superiorem gradum de inferiore[3]) conscende. Locus tuus uacuus non est. Quocunque enim aut nuper baptizato, aut catechumeno accedente supplebitur.

XIII. Dicis forsitan: Et unde mihi uitae alimenta, si mea cuncta contempsero? Ecce nunc agnosco causam, propter quam diuitiae forsitan defenduntur, euidenter, et cui caetera argumenta deseruiunt, paruam scilicet fidem[4]), quam frustra sub misericordiae titulo uelare contendimus, dum pollicenti Domino minus credimus et dicenti: *Nolite cogitare, quid manducetis, aut quid bibatis, neque quid induamini! Haec enim gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia horum omnium indigetis. Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia apponentur uobis*[5]). Qui exiguitatem fidei nostrae caeli uolatilium et liliorum agri confundit exemplo. Et ne consuetudinaria intellegendi prauitate hoc solis apostolis dictum esse censeres, adiecit: *Haec enim gentes inquirunt*, non alii praeter apostolos Christiani. Credis certe his omnibus, quae tibi diuina uoce promissa sunt. Credis, te, cum mortuus fueris et in puluerem fauillamque digestus, de eodem corporis tui cinere per resurrectionis gratiam non modo in pristinum, uerum in meliorem, immortalitatis scilicet et incorruptionis, statum esse reparandum.

[1]) C. *et*. [2]) C. ›possessor.es‹. Man sollte nicht ›possessores‹ lesen. [3]) C. ›inferiore‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [4]) C. paru*e* scilicet fidei; S. paru*a* scilicet fid*e*. [5]) Matth. 6, 25. 31—33 It.

Et credis, si dignus esse uolueris, te caelestis regni gloria locupletandum. Credis, etiam splendore solis decorandum. Quid maius est? omnia ista praestare, an praesentis uitae substantiam exhibere? Si praesentis uitae substantia etiam[1]) uno horum multo inferior est, cur non credas, eum tibi minora exhibere, quem confidas etiam maiora praestare? Qui enim illa, quae superius memorauimus, repromisit, aeque ipse pollicitus est, quod nobis nihil cogitantibus[2]) abundarent omnia. Si non credimus, quod minus est, nescio, quomodo probemus, nos credere, quod maius est.

XIV. Sed confusionis est, inquies, ut ab aliis accipiat, qui aliis dare consueuerat. Si confusionem timebas, quid te illi mancipare uoluisti, cuius sacramenta huius mundi confusionibus plena sunt? Nam et natiuitas ipsius et passio et tota secundum adsumpti hominis formam uitae decursio non modicam praestant incredulis[3]) confusionem. Sed quid dicit de talibus Dominus: *Qui me confusus fuerit coram hominibus, et ego confundam eum coram patre meo, qui in caelis est*[4]). Uides ergo, quod iam non propter misericordiae opus, sed propter humanam confusionem diuina erubescimus praecepta seruare. Carnaliter nimis sapimus et humani magis sensus ducimur intellegentia, quam diuini uigore, unde grauiter et uehementer erramus. Omnem Christi et discipulorum eius erubescimus uitam, et, Christianos nos esse[5]), censemus. Confundimur in humilitate, in pauperie, in abiectione uestium, in uilitate simplicium ciborum, in ignobilitate saeculi, in obtrectationibus[6]), in subsannatione, in obprobriis, in illis paene omnibus, in quibus tam Christum, quam eius apostolos gauisos fuisse cognoscimus. Contra gloriamur in superbia, in diuitiis, in claritate uestium, in suauitate escarum, in nobilitate saeculi, in humanis laudibus et caducis. Et quisque[7]) ad nos in Christi forma pauper aduenerit, de quo scriptum est, quia *non habuit speciem, neque honorem, sed facies eius exhonorata est*[8]), iudaico ritu exasperatur, inridetur, inluditur et sicut ille, cuius formae similitudinem gerit, seductor et perfidus iudicatur. Si quis uero, quamuis infidelis et diuersis flagitiorum criminibus inuolutus, adueniat eximius habitu et uestium dignitate praeclarus, contra apostoli interdictum pauperibus cunctis, quamuis sancte conuersantibus, ante-

[1]) So der C.; S. etiam substantia. [2]) So mit S.; der C. »agitantibus«. [3]) So der C.; A. *in* incredulis. [4]) Matth. 10, 33 It. vgl. Marc. 8, 38 und Luc. 9, 26 It. S. hat »*confusus*« und »*confundam*« irrig in »*confessus*« und »*confitebitur*« corrigirt. S. Sab. z. d. angef. Stt. und Rönsch, It. u. Vulg. p. 354 f. Ausg. 1. [5]) So der C.; S. *etiam*. [6]) C. obtrec*ti*onibus. [7]) So der C.; S. quisqui*s*. [8]) Jes. 53, 2 f. It.

ponitur, et Christi formae saeculi habitus antefertur[1]). Et talia exercentes, Christi nos[2]) habere sensum uel Christum[3]) credimus, qui in his paene omnibus, quibus Christi repraesentatur forma, confundimur, et in cunctis, quae ad honorem saeculi pertinent, gloriamur! Certe post Christum doctores nostros esse apostolos credimus. Quid ergo erubescimus eorum exemplo uiuere, quorum nos discipulos confitemur?

XV. Sed melius est mihi de proprio uiuere, quam de alieno sperare. Quantum ad humanam sapientiam spectat, melius esse censetur, quantum uero ad diuinam, puto meliores fuisse apostolos, qui de alieno sustentabantur, quam qui propria possidebant. 2. Et quomodo, inquies, Paulus apostolus dicit: *Mementote uerbi Iesu; ipse enim dixit: Beatius est magis dare quam accipere*[4])? Et quomodo uel ipsum, uel eius apostolos legimus accepisse? Nunquid beatiores erant, qui dabant, quam qui accipiebant? Si beatius est magis dare, quam accipere, accepit et a Macedonibus Paulus, sicut ipse testatur et dicit: *Nam id, quod deerat mihi, adinpleuerunt fratres, qui uenerunt a Macedonia*[5]). Et si beatius est dare[6]), quam accipere, beatiores Macedones Paulo accipiendi sunt, quos eidem dedisse cognoscimus. Quid et de illo adolescente dicimus, qui sua iubetur cuncta distrahere? cui hoc Dominus non modo non inperasset, uerum etiam uolentem facere prohibuisset, ne, erogatis suis, iam, unde daret, non haberet, si semper beatius erat dare, quam accipere. Neque enim de Christi doctrina uel suspicari quidem fas est, quod eos minoris beatitudinis fecerit, qui potuerant esse maioris. Uel quomodo illi dicitur: *Si uis perfectus esse, uade, uende omnia tua*[7]), si beatius est dare, quam accipere, cum, ubi maior beatitudo sit, illic uideatur[8]) esse perfectio. Et alibi Dominus dicit: *Nisi quis renuntiauerit omnibus, quae possidet, non potest esse meus discipulus*[9]). Quod si[10]) beatius est dare, quam accipere, dare autem non potest, ut quidam uolunt, semper[11]), nisi qui possessionum proprietate adfluenter exuberat, et qui adfluenter exuberat, suis omnibus non renuntiat, et qui suis non renuntiat secundum Domini definitionem eius non potest esse discipulus: quid ergo dicemus? quod beatior esse possit, qui Christi discipulus non fuerit, quam qui esse

[1]) Vgl. Jac. 2, 1 ff. [2]) So der C.; S. Christi*anos*. [3]) So der C. Christi *formam*? [4]) Act. 20, 35. [5]) 2 Cor. 11, 9. [6]) S. *magis* dare. ›Magis‹ steht nicht im C. [7]) Matth. 19, 21. [8]) C. uidetur. [9]) Luc. 14, 33. [10]) Der Cod. hat ›*Et* si‹. Unpassend und wohl durch das ›Et‹ in dem vorangehenden ›Et alibi etc.‹ veranlasst. S. hat ›Et‹ beibehalten. [11]) Der C. ›ut quidam semper uolunt‹, was S. beibehalten hat. Man könnte auch ›(dare autem non potest) semper, ut quidam uolunt‹ lesen.

poterit? Quod si ita intellegi nefas est, cur ergo sic definiuit[1]), quod, nisi quis suis omnibus renuntiasset, suus non posset[2]) esse discipulus? Cum sciret, eos beatiores fore, qui haberent, unde darent, quam quos oportebat accipere, a discipulatu suo pauperes magis, quam diuites repulisset[3]). Congruum enim erat, quod illi potius Christi discipuli haberentur, qui beatitudinis poterant esse maioris. Quod si pauperes magis elegit, constat illos maioris beatitudinis esse, qui electi sunt, quam qui refutati. 3. Quod si ita est, quomodo intellegendum est: *Beatius est magis dare quam accipere*? Ut opinor, factum facto melius est, non persona persona[4]), id est datum accepto, non dator acceptore beatior est. Sed ut manifestius, quod dico, fiat, aliquo utar exemplo. Cum a quolibet laico episcopus uel presbyter accipit, laici illius datum melius est, quam episcopi uel presbyteri acceptum; quia ille, cum dat, aliquid iustitiae operatur, isti[5]) uero, cum accipiunt, neque iustitiae, neque iniustitiae aliquid fecisse credendi sunt. Non idcirco tamen beatior erit aut episcopo, aut presbytero laicus, quia opus opere uidetur esse praeclarius.

XVI. 1. Caeterum, si ille semper, qui dat, summam beatitudinem obtinere credendus est, et semper dare non poterit, nisi qui opulens fuerit, quomodo Dominus frequenter diuites uituperat et pauperes laudat, cum illi magis laude digni sint, qui beatitudinis esse possint maioris? Sed malos diuites uituperat[6]), inquies. Nunquid sic legisti: *Uae uobis diuitibus*[7]) malis? Uel quid opus fuit, addi titulum diuitiarum, si non etiam propter eas condemnationis sententiam dirigebat? Sed si hominum proprie malitiam increpabat, dixisset simpliciter: Uae uobis malis! Si non generaliter diuites uituperat, sed malos tantum, si et boni erunt, debuit illos ubicunque laudasse. Et quomodo de malis eum dixisse uis: *Uae uobis diuitibus!* debuit et de bonis dicere: Beati diuites! Dicit plane, beatos esse, sed[8]) pauperes[9]), ut magis ac magis illam partem; cuius contrarietatem beatificat, humiliasse monstretur. Et hic credo dicturus es: Bonos pauperes laudat. Quid ergo paupertatis titulum addidit, si nullam in ea bonitatis praerogatiuam sciebat posse subsistere? Nam sicut diuitias in uituperationis sententia non nominasset, nisi aliquod in eis uituperationis meritum peruidisset, ita in beatitudinis praedicatione nunquam paupertatem nominasset, si nullius eam uirtutis suffragatricem esse sensisset. Defecerant reuera Dei Uerbo sermo-

[1]) C. ›definiunt‹, was S. beibehalten hat. [2]) C. und mit ihm S. *potest*. [3]) C. re*pp*ulisiet. [4]) C. person*e*. [5]) So oder auch ›hi‹ ist wohl zu lesen st. ›illi‹, was der C. hat. S. hat ›illi‹ beibehalten. [6]) A. uituper*ant*. [7]) Luc. 6, 24. [8]) So der C.; S. hat ›sed‹ gestrichen. [9]) Luc. 6, 20.

num uocabula, quibus additis aut mali increparentur, aut conlaudarentur boni! Exceptis earum rerum titulis, quae secundum quosdam nec obesse poterunt, nec prodesse, dixisset: Uae uobis homicidis, aut adulteris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, aut alterius cuiuscunque criminis uitio se mancipantibus. Quid in uituperationis causa, exceptis omnibus criminibus atque flagitiis, solas diuitias nominat, quasi qui omnium nonnunquam eas materiam nouerit esse culparum? Quid iterum in beatitudinum laudibus, exceptis omnium uirtutum titulis, solam nuncupat paupertatem, si non omnium eam causam sciebat esse uirtutum? Et si non proprie aut in[1]) diuitias inuehitur, aut paupertatem conlaudat extollens, debuit alicubi aut laudasse diuites, aut pauperes uituperasse. Cum autem generaliter tam diuites uituperat, quam pauperes conlaudat, clare satis manifesteque monstrauit, se tam diuitiarum cupiditatem sententiae suae auctoritate damnasse, quam paupertatis titulum extulisse.

XVII. 1. Illud etiam adicio, quod nullus ambigere[2]) sapientium poterit, diuitias absque omnium iniquitatum generibus difficile posse conquiri. Maxime enim aut mentiendi studio, aut furandi arte, aut fraudandi infidelitate, aut rapiendi uiolentia, aut adulterandi temeritate quaeruntur. Nonnunquam uero aut uiduarum spoliis, aut pupillorum oppressione, aut iniusta donatione, aut, quod multo crudelius est, effuso innocentium sanguine colliguntur. Quod si ita est, quid ergo nobis intellegendum est, eam rem, quae tanta facinorum uarietate quaeritur, Deo auctore[3]) praestari[4])? Absit, absit a sensibus nostris intellegentiae huius iupietas! Deus enim omnia superius conprehensa aut nondum facta prohibet, aut perpetrata condempnat. Unde nulla ratione uideri potest, eam a Deo conlatam esse substantiam, quae per illa sit conquisita[5]), quae prohibet. 2. Sub diuersorum haereditatibus, inquies, mihi diuitiarum cumulus adcreuit. Et hoc iniquissimum, si, legitimis haeredibus exclusis, tu aliena possides bona, quae tibi non sine aliqua potuerunt praestigiae aut[6]) uiolentiae necessitate conferri. Sed esto, nihil intercesserit, et spontanea tibi uoluntate conlata sint. Iusti autem uiri est, quod iniusta uoluntate donatum sit, nolle suscipere. Iniuste enim donatur, quod, pauperibus forte parentibus omissis, extraneo confertur haeredi. 3. Unde non inmerito Dominus opum adfluentiam arguit atque condempnat, quarum concupiscentiam uniuersorum criminum causam

[1]) ›In‹ fehlt im C. [2]) Der C. ›ambiger*e*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [3]) So der C.; S. Dei auctor*itate*. [4]) Der C. ›praestar*e*‹. [5]) C. ›conqu*e*sita‹, wie es scheint, mit einem Strich (i) durch ›e‹. [6]) ›*Aut*‹ fehlt im C.; S. hat ›*et*‹ ergänzt.

esse cernebat. Quis enim sapiens aut prudens dubitet, cupiditatem fontem esse omnium malorum, radicem scelerum, culparum fomitem, delictorum materiam, propter quam nec terra, nec maria, nec ullus omnino locus aut secure inhabitatur, aut sine pauore transitur? Huius igitur concupiscentiae causa praedones in fluctibus, in itineribus latrones, in uicis et urbibus[1]) fures et in omni regione raptores. Propter hanc circumuentiones, rapinae mendacia, periuria, falsa testimonia, fraudes, inpietates, crudelitates et quaecunque esse nefandorum facinorum genera esse possunt. Huius causa cotidie innocentium sanguine terra polluitur, spoliatur pauper, miser opprimitur, nec uiduis aut orphanis[2]) parcitur. Propter hanc omnibus paene momentis lex diuina contempnitur, et assiduis praeuaricationum generibus decretum caeleste uiolatur. Huius causa nonnunquam expugnatur pudor, castitas uincitur[3]) et per inlicitas uoluptates inpudens libido bacchatur[4]). Per hanc saepe parricidia partim uotis, partim operibus perpetrantur. Dum quis ad diuitiarum possessionem nimia et inpatienti auiditate festinat, mortem parentibus aut optat, aut inrogat. Harum causa etiam maleficiorum infausta et nec effabilis, [nec] nominanda inpietas[5]) discitur, et ad omnium turpium non minus quam criminosarum artium studia prosilitur. Per has peruertuntur[6]) mores, animi quoque uiolantur et omnis bonae indolis natura corrumpitur. Denique quotusquisque diues sine elatione, sine adrogantia, sine tumore, sine superbia, sine fastu? Quis, quamuis sit in paupertate mitis, humilis, patiens, benignus et lenis, non, accedentibus diuitiis[7]), aut tumore inflatur, aut superbia extollitur, aut inpatientia concutitur, aut ira succenditur, aut furore grassatur? Quando opulens conditionis suae aut fragilitatis memor est? Quando se[8]) non ita obliuiscitur, ut neque esse[9]) hominem putet? Uel quomodo putat, qui superbo nimis et elato fastigio naturae suae aspernatur nosse consortes. Et eo se, quo deterior est, cum cupit non esse, quod homo est, aestimat esse meliorem[10]). ingentibus miser inuolutus malis et tantorum forsitan peccatorum seruus, quantarum

[1]) Der C. hat ›*turp*ibus‹ st. ›et urbibus‹. [2]) C. or*f*anis. [3]) C. uin*t*itur. [4]) C. *u*accatur, was S. falsch in ›va*g*atur‹ corrigirt hat. [5]) C. infausta et nec *a*ffabilis nominanda inpietas. S. nec fausta, nec affabilis impietas. Infausta et ineffabilis, nec nominanda? [6]) So schon S.; C. *sepe re*uertuntur. [7]) Im C. ist das ›non‹ vor ›accedentibus‹ hier wiederholt. [8]) So der C.; S. *sui*. [9]) Die Worte ›neque esse‹ stehen mit etwas schwärzerer Dinte über der Zeile. [10]) Alles von ›Et eo se — esse meliorem‹ nach dem C., doch mit Ausnahme von ›*se*‹, statt dessen derselbe ›*fe*‹ hat (eof equo). S. hat, was der C. giebt, in ›et eis deterior est, cum cupit non esse quod homo est. Aestimat sese meliorem‹ verändert.

diuitiarum dominus. Dedignatur inopem, qui illo eo forte morum integritate sit ditior, quo rerum facultate pauperior est, et in humili habitu nec Domini sui contemplatione mulcetur. Audias illum dicentem deinde hunc abiectum, mendicum, ignobilem, et hic dicere aliquid nobis coram positis audet et in his pannis de morum nostrorum conuersatione tractare et conscientias nostras per rationabilem disputationem ueritatis agnitione[1]) pulsare! Quasi solis diuitibus loqui concessum sit, et ueritatis ratio opibus magis, quam sensibus debeatur.

XVIII. 1. Non frustra ergo Dominus eam rem ubique paene arguit atque condempnat, cuius cupiditatem omnium scelerum seminarium nouerat. Nec inmerito diuitibus per difficillimi exempli conparationem regni caelestis quodammodo aditum clausit, quos malorum omnium causa[2]) inlaqueatos uidebat. *Facilius*, inquit, *camelus per foramen acus transibit, quam diues in regnum caelorum*[3]). Quid de tam euidenti loco diutius aliquid disputare necesse est, nisi tantum diuites admonere, ut tunc demum sciant, se caelestis gloriae possessores fore, cum aut tam magnum acum repererint, per cuius foramen camelo[4]) sit transire possibile, aut tam modicum camelum, cui etiam acus angustissimus aditus penetrabilis sit. Quod[5]) si hoc penitus inpossibile est, quomodo illud, quod adhuc inpossibilius definitur, inplebitur, nisi forte, bene dispensatis opibus suis, diues sufficiens aut pauper ingredi contendat, quo opulens intrare non poterat. 2. Sed non de camelo dictum est, inquies, cui per foramen acus transire penitus inpossibile est, sed de camelo[6]), id est de nautico quodam fune. O humanae cupiditatis circa diuitiarum amorem nimia et non ferenda uersutia, ut usque ad funium nomina[7]) perueniret, tantum ne affluentem mundi substantiam inminuere cogeretur! Quam beata esset, si erga Dei dilectionem tanta animi sollicitudine laboraret! Sed mens terrenis amoribus occupata caelestem non recipit caritatem. Hoc tamen miserrimum argumentum est et[8]) nusquam diuitibus profuturum. Quasi possibilius sit, tam magnum funem acum transire, quam camelum, id est animal illud notissimum, penetrare. Adhuc parum scrutatus es, nondum dignam defensionem, per quam securus a caelesti sede extraneus degeres, inuenisti. Quid tibi cum nauibus, quarum tam uasta sunt instrumenta, quam fortia? Inter lanificia magis inquisitionis huius adhibenda est sollertia, si uel illic filum aliquod, quod came-

[1]) So mit S.; der C. hat »agnitio*ra*«. [2]) A. cau*sam*. [3]) Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. [4]) Der C. hat hier und im Folgenden mit einer Ausnahme überall »came*ll*us. S. Georges s. v. [5]) C. und mit ihm S. *aut*. [6]) Hier hat der C. »came*l*us«. [7]) C. nomin*um*. [8]) C. »*ut*«, was S. beibehalten hat.

lus[1]) dicatur, inuenias. Iuridenda est paululum huiusmodi hominum stultitia, quamuis semper sit deflenda miseria, ut nouerint, sibi illa[2]) apud Dominum minime argumenta profutura[3]), quae hominibus etiam habentur in risus. 3. Sed superioris, ais[4]), definitionis difficultatem inferiore condiit[5]), immo etiam penitus aboleuit[6]), dicendo: *Quae inpossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Dominum*[7]). Sane possibilia non modo diuites cum suis omnibus et inpedimentis et diuitiis[8]) caelo recipere, uerum etiam camelos ipsos. Si de possibilitate Dei agitur, a regno eius nullus esse inuenietur extraneus, quia nihil Deo inpossibile reperitur. Et quomodo superior poterit stare sententia, quae aut dici non debuit, si diuina erat potentia rescindenda, aut si debuit dici, rescindi omnino non potuit? 4. Sed[9]) restat intellegi, qualiter dictum sit, possibilia apud Deum[10]) esse, quae apud homines inpossibilia uidebantur. Cum abnueret Dominus[11]), siue in omnibus diuitem, siue tantum pecunias habentem regnum caeleste percipere, discipuli[12]), qui necdum perfectae scientiae plenitudinem possidebant, apud quos diuites ex Iudaica institutione adhuc magni habebantur, eo quod aliquotiens[13]) pro[14]) nimia possidendi[15]) adfluentia misericordiae opera exercere uiderentur, nondum scientes, quod uniuersae legis transgressor haberetur, qui uel unius mandati praeuaricator existeret, audita dominica sententia, desperationis moerore perculsi sunt, retractantes apud se atque dicentes: Si etiam illis, quibus per diuitiarum substantiam omne pietatis officium inplere possibile est, per tam ardui exempli conparationem caelestis regni aditus[16]) denegatur, quid de mediocribus pauperibusque censendum est, quibus nulla misericordiae materia subpetit[17])? Aliquid[18]) ita eos sensisse, ex eorum responsione monstratur. *Quis ergo*, inquiunt, *saluus esse poterit?* quasi nullus saluus esse possit, si salui diuites non fuissent, aut[19]) in illis tantum uniuersi humani generis summa

[1]) So der C. [2]) C. illã. [3]) C. profuturã. [4]) ›Ais‹, was der C. hat, fehlt bei S. [5]) Der C. hat über dem ›t‹ von ›condiit‹ ein ganz kleines ›d‹, wie es scheint, von des Schreibers Hand. S. cond*iv*it. [6]) C. abole*b*it. [7]) Matth. 19, 26. Marc. 10, 27. Luc. 18, 27. C. *dominum* (dñm). [8]) C. *uit*iis. Schon S. hat dies in ›*diuit*iis‹ corrigirt. [9]) C. und mit ihm S. ›*Et*‹. [10]) So der C. (dm̃); S. D*omin*um. [11]) So der C. und nach ihm A.; L. abnuer*e* *uideatur*. [12]) S. percipere. *D*iscipuli. Aber mit ›discipuli‹ beginnt der Nachsatz zum Vordersatze: ›Cum abnueret‹ etc. [13]) So der C.; S. aliquoti*es*. [14]) L. pr*ae*. [15]) So mit L.; A. possiden*te*; der C. ›possiden*tia*‹ durch den Einfluss von ›adfluentia‹ entstanden. [16]) C. *add*itus. [17]) C. subpe*d*it. [18]) Einigermaassen, ungefähr so; S. hat das, was der C. giebt, ›*alqd*‹, mit einem Strich durch ›*l*‹ und ›*d*‹ ›*At quod*‹ gelesen. [19]) S. fuissent. Aut in illis.

consisteret, cum multo pauperum turba numerosior[1]) sit, et inter mille inopes uix locuples unus appareat. Unde respondetur illi: *Quod inpossibile est apud homines, possibile est apud Deum*[2]), id est: Quod humano sensui uidetur inpossibile, ut quis absque[3]) diuitiarum abundantia saluus esse possit, hoc apud diuinam scientiam multo possibilius est[4]), cui magis humilis et sancta paupertas, quam superba et iniqua diuitiarum iactantia conplacet; cuius etiam hoc bonum absque malo esse difficile potest[5]), dum praestatur non tam diuinae misericordiae promerendae gratia, quam humanae conciliandae gloriae causa. 5. Sed regnum caelorum, inquies, diuitibus Dominus, non aeternae uitae perceptionem denegauit, quia non statim a uita excluditur, cui caelestis regni possessio interdicitur, eo quod sit et uita cum regno et uita sine regno. Omnis enim, qui regnat, uiuit, non omnis, qui uiuit, regnat. Primum quaero a te[6]) illius uitae locum, quam[7]) extra regni finem esse determinas; deinde, si hi, qui uitam[8]) sine regno habebunt[9]), salui esse poterint. [Respondes[10])]: Credo, salui. Et quomodo apostoli dicunt: *Quis ergo poterit saluus esse*[11])? si regnum tantum sciebant diuitibus denegatum? Unde aperte manifesteque monstratur, ubi regnum est, illic esse et uitam, et ubi uita sit, ibidem salutem esse, et ubicunque salus non sit, illic nec uitam esse, nec regnum, et eos, qui extra regni terminos fuerint, saluuos esse non posse. 6. Sed populus gentilium, inquies, camelus est appellatus, qui[12]), quamuis omnium esset uitiorum generibus deprauatus et nihil in se rectum habens, quia cameli in modum Christi se fidei subiecit atque substrauit, facilius per foramen acus, hoc est angustae uiae[13]) tramitem, introiturus praedicitur, quam diues, id est Iudaeorum populus, in regnum caelorum. Quod Iudaeorum populus diues non possit[14]) intellegi, iam superius disputatum est. Nunc uero, an gentilium populum camelum nuncupari conueniat, peruidendum. Primum quaero, quae ratio exegerit[15]), ut haec causa tanta nominum diuersitate obscuraretur, uel quid prohibuerit, gentilium populum proprio nomine uocitari, aut quae causa poposcerit, ut appelletur[16]) alieno. Dicis, quia antedicti animalis more diuersorum esset flagitiorum iniquitate distortus. Nulla ergo in Iudaeis prauitas erat; aut, si erat,

[1]) So nach dem C.; A. *universior*, L. *uniuersalior*. [2]) So der C. (dñ). S. Dominum. — Luc. 18, 27. [3]) C. a*t*que. [4]) C. und mit ihm S. ›esse‹. [5]) So der C. Man hat entweder ›hoc‹ zu streichen oder anzunehmen, dass nach ›bonum‹ Worte, wie ›quod facit‹, ausgefallen sind. [6]) C. a*dt*e. [7]) So der C.; S. qu*e*m. [8]) So der C.; S. *et*iam. [9]) C. ›habeb*ant*‹ und mit ihm S. [10]) Dieses Wort oder ›dicis‹ muss hier ausgefallen sein. [11]) Matth. 19, 25. Marc. 10, 26. Luc. 18, 26. [12]) C. und mit ihm S. ›quia‹. [13]) C. ui*a*. [14]) C. posse*s*; S. posset. [15]) C. exigerit. [16]) Apell*ar*etur?

cur non et isti eiusdem conparationis notantur exemplo? Uel quomodo cameli conparatio hominibus peccatorum uitio deprauatis conueniat[1]), scire desidero. Quia rectum corpus non habet, inquies. Quasi[2]) aliquod animal sit, quod in lineae modum recto tramite deducatur, et nullam corporei status aut curuaturam habeat, aut flexuram, maxime illud[3]), quod ex diuersorum membrorum diuersitate consistit. Et quamuis multipliciter aut incuruatum sit, aut inflexum, natura sua[4]) rectum est. Et, si quod habet, naturaliter possidet, uitio caret. Et si uitio caret, quomodo homini non natura, sed uoluntatis arbitrio deprauato conparari poterit? Quod naturali tenore formatur, inreprehensibile debet iudicari. 7. Cur ergo, dicis, ipse Dominus nonnunquam homines animalibus conparat, ut Chananæos[5]) canibus, ut Herodem uulpi, ut apostolos ouibus, ut malos et pseudoprophetas lupis[6])? Ista[7]) non tam[8]) ad[9]) corporis habitudinem, quam ad morum similitudinem referuntur, qui nec in[10]) ipsis animalibus absque aliquo naturalis motus gubernantur arbitrio. Sed bene aut Herodem uulpem dicis, aut Chananaeos[11]) canes, aut caeteros his appellationibus[12]), quibus a Domino uocati sunt. Ubi legis, gentes camelos dictas[13]), ut et tu eas[13]) ita debeas nuncupare? Quodsi nusquam scriptum est, quomodo propria audes usurpatione praesumere, quod nullius scripturae auctoritate firmatur? Uel qua lectione instructus didicisti, quod foramen acus angusta uia intellegi debeat? Aut si uere ita sentiendum est, quomodo per illam camelus, id est populus cunctis delictorum iniquitatibus deprauatus incedat, quam paucorum iustorum esse dominicae sententiae auctoritate sancitur? Aut enim gentium populus camelus uitiorum prauitate erit et, quamdiu hoc fuerit, angustam uiam intrare non poterit, aut, si, omni infidelitatis et prauitatis errore deposito, recti itineris callem ingredi meruerit, iam camelus dici non poterit. 8. Expositis his, quae eum secundum quorundam intellectum antedicti animalis fecerant uocabulo nuncupari, ... ita fiet, ut hoc loco camelus siue secundum historiae ueritatem, siue secundum allegoriae fallaciam[14]) foramen acus intrare non pos-

[1]) C. und mit ihm S. conueniet. [2]) So C. und A.; L. qui*a* si. [3]) C. illuc. [4]) C. und mit ihm S. *naturae suae*. [5]) C. cananeos. [6]) Matth. 15, 22. 26. Marc. 7, 26 fg. Luc. 13, 32. Matth. 10, 16. 7, 15. [7]) Der C. und mit ihm S. »Ist*i*«. [8]) Im C. ist »tam« ausgefallen. [9]) C. *a*. [10]) »In« ist im C. ausgefallen. [11]) C. cananeos. [12]) S. dicis. S. hat zu »appellationibus« »nuncupas« hinzugefügt, indem er angenommen hat, dieses Wort sei ausgefallen. Möglich, doch nicht nothwendig. [13]) Der C. und mit ihm S. »dict*os*« und »*eos*«. Vielleicht doch das Rechte, indem der Verf. an die heidnischen Individuen gedacht hat. Vgl. dann Matth. 28, 19: *docete omnes gentes, baptizantes eos* (**αὐτούς**). [14]) So der C.; S. *translationem*. »Falla-

sit[1]. 9. Deinde, quale est, quod, cum angusta uia et regnum caelorum sibi inuicem connexa[2] atque coniuncta sint, saluatorem ea[3] ab alterutro sequestrasse, credatur? Nam si foramen acus angusta uia est, ... [5] *facilius*, inquit, *camelus introibit per foramen acus, quam diues in regnum caelorum.* Cum dicit: Facilius illud, quam istud fiet, infinitam discretionem ostendit, et, si ingens discretio est, non potest de angusta uia intellegi, quae caelesti regno coniungitur, non separatur[4]. 10. Illud uero quae ratio faciat, intuendum est, quod hi, quibus moris est, omnia paene testamenti ueteris allegorica et mystica expositione tractare et noui seu[6] praecepta, seu gesta historicae magis intellegentiae simplicitate sentire, eo quod ueterum facta nouorum praefigurauerunt ueritatem, ut[7] in sola causa diuitiarum consuetudinem suam aut obliuiscantur, aut mutent et praepostero ordine, quae in lege sunt gesta, ad defensionem diuitum simpliciter et absque imaginariae interpretationis mysterio subutantur[8], euangelica uero praecepta, omni historiae simplicitate et ueritate[9] submota, allegorica nitantur obumbratione uelare, tanquam in hac tantum re nouum testamentum figura sit ueteris, cum in omnibus uetus noui imaginem gessisse noscatur. Diuitias enim Abrahae et Dauid et Salomonis et caeterorum simpliciter intellegi uolunt; ubi uero aliquid in euangelio de diuitiarum contemptu legitur, typico[10] moliuntur tractatu corrumpere, cum magis, ut diximus, legis, quam gratiae allegorizare mandata conueniat, nisi quod huiusmodi non tam scripturarum uim[11], quam uitae suae qualitatem[12] conantur adstruere et per falsam legis interpretationem omni acuminis[13] ingenio defensare, quod[14] diligunt, et conuersationem suam non tam secundum euangelica praecepta dirigere, quam secundum actus sui morem euangelicorum mandatorum intellegentiam temperare. Non enim tam uitam suam legi subdere cupiunt, quam legem suis conuersationibus subiungere. Uolunt enim ita praeceptum esse, ut uiuunt, non ita uiuere[15], ut praeceptum est. Sed huiusmodi sensus auctoribus suis non solum nihil proficiet, uerum etiam obesse

ciam« wird durch das vorangehende gegensätzliche »ueritatem« geschützt.
[1]) So der C. Zwischen »Expositis his — nuncupari« und »ita fiat — non possit« muss Einiges ausgefallen sein. [2]) C. co*n*e*x*a. [3]) Der C. *ut* saluator*e*. [4]) *Ab eo* separatur? [5]) Auch hier muss etwas ausgefallen sein. [6]) C. noni*set*. [7]) »Ut« scheint eine durch die weite Entfernung von »quod« (quod hi) hervorgerufene Incorrectheit zu sein. [8]) So der C.; S. supputantur. Subuti, unter der Hand, heimlich gebrauchen, fehlt in den Lexx. *Ab*utantur? [9]) C. ueritatē. [10]) So der C.; S. t*r*opico. [11]) C. scripturarū uī. S. bloss »scripturarum«. [12]) C. »qualitate« und so auch S. [13]) C. omăcūmhis. [14]) So der C.; S. qu*ae*. [15]) C. »uenere« mit einem Strich (i) durch das erste »e«.

credendum est, cum per eum non modo caelestium mandatorum praeuaricatores, sed etiam adulteratores fuisse doceantur.

XIX. 1. Sed[1]) dicis: Praeceptorum prius genera inplenda sunt et ab omni iniquitatum flagitiorumque inquinamentis animus expurgandus, et sic diuitiarum substantia distrahenda. O argumentum tam pro diuitiis, quam pro peccatis pariter inuentum! Nam, cum dicatur, tum demum unicuique spernendas esse diuitias, cum omnia praeceptorum mandata seruauerit, et perdifficile sit, diuitem uniuersa legis iussa conplere[2]), ita fiet, ut nec mandatorum plenitudinem, diuitiarum necessitatibus curisque arcentibus, inpleat, et dum, quod est difficillimum, expectat, nec diuitias aliquando contempnat. Aliter Christus suos discipulos inbuit, quem nihil prius docuisse inuenies, quam cuncta saeculi inpedimenta spernenda, quo facilius euangelica possent mandata inpleri[3]). Quod illo in loco praecipue demonstratur, quo parabola saluatoris uerbi caelestis inducitur, in qua spinis diuitiae conparantur, ita in aruis cordis nostri suis curis ac uoluptatibus semen uerbi suffocantes, ut in terreno agro spinae omnium generum semina aut infructuosa reddunt, aut nec germinare permittunt[4]). Si igitur cor nostrum humo[5]) adsimilatur, uerbum uero seminibus adaequatur, diuitiae autem spinis et sentibus[6]) conparantur, quis terrae huius cultor intellegendus est? Animus, nisi fallor. Quid ergo primum in spinosa humo agricolae exercendum est? Ante iacienda semina, et postquam fructus attulerint, spinae eradicandae, an prius ab omnibus seminum contrariis mundandus est ager, et sic bonorum frugum grana iactanda sunt[7])? Et nobis igitur huius conparationis exemplo diuitiarum inprimis spinae euellendae sunt, ne bono semini possint esse contrariae. 2. Dicis forsitan: Cur autem non cum diuitiis omnia possim Christi mandata seruare? Si potes, nihil tibi diuitiae obesse credendae sunt. Primo ergo ipsorum mandatorum species nosse debes, et si etiam diuitibus inplere[8]) possibile sit, diligenti examinatione rimare. Iubemur enim non mentiri, non maledicere, non periurare, sed nec iuste quidem iurare, nulli malum pro malo reddere, inimicos diligere, pro persecutoribus et calumniatoribus nostris instanter orare; non licet nobis ablata repetere, non saecularia iudicia adire, non uicem iniuriam inrogantibus repensare. Prohibemur etiam cum fornicatoribus, aut

[1]) So mit S.; der C. ›*scio*‹. Wäre dies das Rechte, so hätte man ›*dices*‹ zu lesen (Ich weiss, du wirst sagen). [2]) *In*plere?. [3]) C. und mit ihm S. *sup*pleri. [4]) So der C.; S. ›redd*a*nt‹ und ›permitt*a*nt‹. [5]) C. homo. [6]) C. sensibus. [6]) Hier müssen Worte, wie ›Credo, prius mundandus‹ oder ›Sine dubio‹ etc., ausgefallen sein. [8]) A. impleri. A diuitibus inpleri?

ebriosis, aut maledicentibus, aut rapacibus cibum capere; non licet nobis otiosum saltem proferre ex ore sermonem. Quid necesse est, aliquid de maioribus dicere, cum nulli esse possit ambiguum, eis maiora non licere, quibus etiam minora prohibentur admittere. Obsecro te, ut mihi secundum conscientiae tuae testimonium respondeas, an haec omnia inplere possibile sit ei, qui diuitiarum nexibus fuerit inplicatus. Tanto enim unicuique amplioris cura sollicitudinis nascitur, quanto maior rerum substantia possidetur[1]). Multos propter Deum[2]) pauperes scimus ab omni terrena facultate, proprietate, cura [alienos[3])] nullisque mundanae possessionis necessitatibus praepeditos et tantum terrae liberos, quantum extraneos, et uix nihilominus mandatorum perficere plenitudinem possunt. Si illi uix possunt, quid facient, qui ingentibus diuitiarum curis et inmensis mundanarum rerum sollicitudinibus occupantur? Et ne quis putaret, aliqua horum, quae superius memorauimus, sufficere, quamuis non uniuersa seruentur, alio in loco dicitur: *Qui uniuersam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*[4]). Et ne hoc de ueteris testamenti tantum praeceptis intellegendum existimes, scito illud Christianis dici, quibus iam nouae legis mandata erat necesse perficere; quippe cum regnum caelorum non introëant, nisi qui prioris instrumenti cultores abundantioris iustitiae magnitudine[5]) ante[6]) transierint[7]). Quod autem et nouum testamentum lex dicatur, beatus apostolus docet, dicens: *His, qui sine lege erant, quasi sine lege essem, cum sine lege Dei non sim*[8]), *sed in lege sim*[9]) *Christi*[10]). Et alibi: *Inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi*[11]). 3. Quid ergo dicimus: Quod diuitiae peccatum sint? Absit! Non quod ipsae peccatum sint, sed quod peccandi occasionem porrigant, dum aut male conquirantur, aut non, sicut oportet, possidentur, aut per harum sollicitudinem caelestium mandatorum incuria nascitur, et delictorum crebrior necessitas ministratur. Quapropter spiritus sanctus testatur et dicit: *Fili, ne in multis sint actus tui, et, si diues fueris, non eris inmunis a delicto*[12]). Ergo, sicut superius diximus, peccandi occasionem diuitiae praebent,

[1]) *Ab eo* possidetur? [2]) So nach dem C. (dm̃); S. D*omin*um. [3]) Der C. ›ab omni terr*e* facultat*es*. propriet*ates*, cur*as*‹ ohne ›alienos‹. S. hat diese Worte in ›ab omni*um* terrae facultat*um* proprietat*ibus et* curis alienos‹ corrigirt. [4]) Jac. 2, 10. [5]) C. ›magnitudin*em*‹, was S. behalten hat. [6]) ›Ante‹ ist ganz überflüssig und darum verdächtig. Vielleicht wollte ein Schreiber ›anteierint‹ setzen, schrieb aber nur ›ante‹, weil er alsbald sah, dass ›transierint‹ folgte, und vergass dann ›ante‹ zu tilgen. [7]) Der Verf. spielt auf Matth. 5, 20 an. [8]) So der C.; S. *essem*. [9]) C. *sum*; S. *essem*. [10]) 1 Cor. 9, 21. [11]) Gal. 6, 2. [12]) Sir. 11, 10.

et possidendi nimietas causa efficitur errandi. Prudenti et religioso animo et absque alicuius reprehensionis macula uiuere concupiscenti non modo peccatum, uerum etiam peccati ipsius pertimescenda esse debet occasio. *Beatus*, inquit scriptura, *qui timet omnia propter Dominum*[1]. Occasiones enim peccatorum occasionibus ualetudinum[2] similes sunt. Sicut enim corpore inualidus[3] pristinam difficile recipiet sospitatem, nisi omnes prius occasiones, per quas infirmitatum causae ministrantur, abstulerit, ita anima peccatorum depressa morbo et iniquitatum febribus exaestuans praeualescere difficile poterit, si non uniuersas ante occasiones absciderit delictorum. Et ut sensatus aeger, recuperare uolens celerem sanitatem, ualetudinis suae causas atque materias per se ipse perpendens, omnia saluti contraria repellit ac remouet, quamuis desiderabilia nimis sint et delectabilia uoluptati, ita uir prudens et sapiens, qui melioris substantiae, animae scilicet, desiderat sospitatem, occasiones omnes debet intellegere[4] peccatorum, et, cum eas integra consideratione librarit, ab omni animi sui desiderio procul auertere, nec amplius iam uelle diligere, quamuis dulce atque suaue sit, quod per saporis sui commodum spiritalibus uisceribus letale uirus infundat. Nolo enim, mihi iam dicas: Sed illa et illa Deus creauit; quoniam et multimoda pomorum genera et frigidissimi fontium liquores et uini suauissimi species Dei sunt creaturae[5], nec idcirco tamen febrientibus[6] porriguntur, quia maior per haec causa potest uenire languoris. Sed quid de ægris loquor, quando hoc percipere nec sanis quidem nisi cum modestiae temperamento salubre sit, quia in omni specie nocet, quicquid supra naturae necessitatem auida nimis et uisatiabili concupiscentia sumitur. 4. Sed concedam tibi, quod ita habere diuitias possis, illas scilicet, quae ex bona parentum haereditate descenderint, ut eas absque ullius delicti contagione possideas, et sint tibi bonorum operum materia, non causa uitiorum. Esto, tu illius efficaciae sis atque uirtutis illius, perspicuitatis atque prudentiae, ut aut solus, aut rarus illam rem ad tuum commodum uertas, quae aliorum saluti adferat detrimentum perenne. Quanti sunt enim illius, cuius tu uideris esse, circumspectionis atque prudentiae, ut aut per malum sibi diuitias intellegant[7] non expetendas,

[1]) Der Verf. zielt wohl auf die Worte: *Timentis Dominum beata est anima eius* in Sir. 34, 17. [2]) C. ualitudinum. [3]) So nach dem C.; S. corpus inualidum, wogegen ausser dem C. »abstulerit« spricht, was eine Person als Subject verlangt. [4]) C. »intellegere« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [5]) C. creatura. [6]) So nach dem C.; S. febricitantibus. [7]) C. »intellegant« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«.

aut per bonum uenientibus uti uolint in misericordiae aut pietatis officiis? Tu de bono habes et bene possides[1]), quod nec iniuste[2]) forsitan consecutus es, et iuste perfrueris; sed alii non intuentur, unde habeas, uel qualiter habeas, nisi tantum, quia habeas, et, quia, quod[3]) habeas, uident, unde uel qualiter habeas, non uident. Et dum hoc solum optant imitari, quod uident, incipient per fas et nefas quaerere et scelera multa committere, ut tibi in possidendi quantitate aut pares, aut superiores uideantur existere; et erit iam substantia tua non tam uirtutum occasio, quam causa uitiorum. Sed mihi bonorum operum materies, inquies. Solo[4]) tibi bonorum, plurimis uero malorum. Et nescio iam uel si tibi per eam boni aliquid conferatur, quae interitus fuerit causa multorum. Contempnenda est illius rei bonitas, quae multos, dum uni prodesse putatur, occidit. Quanto melius egeris, si tua omnia erogando triplex perficias bonum. Primum misericordiae, quod tunc ad perfectum consummasse credendus es, cum uniuersa distribueris; secundum, quod, dum tibi nihil derelinquis, omnibus non modo peccandi occasionem auferes, uerum etiam praebebis uirtutis exemplum; tertium, quod perfectionis gradum conscendis, cunctis substantiae facultatibus erogatis. Quid ergo dico? Ut diuitias a piissimis parentibus derelictas, abauis, proauis, atauis tritauisque[5]) conlatas absque ulla causa peccati, absque alicuius laesione uel dolore quaesitas odio nostris suasionibus habeas? Absit! Quin potius hortor, ut diligas. Omne enim, quod quisque fideliter diligit, non temporali[6]), sed aeterna possessione obtinere desiderat. Si amas patrimonium tuum, id age, ut illud sempiterna ualeas haereditate retinere. Et si uere hoc cupis, dum tempus habes, transfer illud de terra in caelum, quia, quicquid in hoc mundo remanserit, mundi fine delendum est. Quicquid illuc[7]) igitur, dum uiuis[8]), transtuleris, perpetuo possidebis, quicquid autem hic reliqueris, perdidisti. Memor esto illius sententiae dicentis: *Iustifica animam tuam ante obitum, quoniam non est apud inferos quaerere cibos*[9]). Et alibi: *Ante iudicium para iustitiam tibi*[10]). Ego illum diuitem magnificum atque laudabilem puto et cunctis sapientiae merito praeferendum, qui ita uitae mortisque consideratione se temperat, ut ante se uniuersa praemittat, ut[11]) secum pariter sua cuncta

[1]) Der C. habe*as* und ›possid*es*‹; S. ›habe*as*‹ und ›possideas‹. [2]) So der C.; S. verkehrt ›*iuste*‹. [3]) Der C. quid. [4]) So der C.; s. Neue, Formenlehre der lat. Spr. II, 255 und Georges s. v. [5]) C. tr*a*tauisque. [6]) C. temporali*a*. Wohl ein durch das folgende ›aetern*a*‹ hervorgerufener Fehler. [7]) L. illu*d*. [8]) A. *a* viv*is*. [9]) Sir. 14, 16. 17. [10]) Sir. 18, 19. [11]) A. *aut*, L. *ac*.

deficiant. De hoc scriptum esse reor: *Redemptio animae uiri diuitiae ipsius*[1]). Sed quomodo, inquies, ad caelestia possunt terrena transferri? Per illos scilicet, de quibus scriptum est: *Uade, uende omnia tua et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis*[2]). Meminisse debemus, nos in hoc mundo tanquam hospites et peregrinos degere oportere, beato apostolo dicente: *Tanquam hospites et peregrini abstinete uos a carnalibus desideriis*[3]). Item alius apostolus dicit: *Dum in hoc corpore sumus, peregrinamur a Domino*[4]). Ergo sicut aduenae in hac terrena habitatione sumus, ita[5]) aduenarum morem debemus imitari. Nullus enim peregre constitutus illa sibi conquirit[6]) et congregat, quae secum ad proprias sedes ferre non possit. Nemo enim de India, aut de Arabia, aut de Ægypto negotiandi causa adueniens, Romae uel quocunque alio loco[7]) exiguo tempore moraturus, aut domos sibi ibidem, aut possessiones conparet[8]), aut aliqua, quae[9]) esse inmobilia uideantur, nisi aut aurum, aut argentum, aut mercium species, aut quaecunque secum ad patriam propriam ferre sufficiat. Ita ergo et nobis in hoc peregrinationis nostrae tempore illa tantum desideranda sunt, illa quaerenda, illa omni laboris ac sudoris studio congreganda, quae nobiscum simul ad caelestia possunt regna transire, et in quibus ualeamus perpetuae haereditatis locupletatione gaudere.

XX. 1. Sed nec illorum mihi praetereunda est arguta nimis et urbana subtilitas, qui sibi religiosi uidentur, et mundi contemptores tam apud se, quam apud imperitos iudicantur, eo quod aut humiliore[10]) incedant habitu, aut nulla illos[11]) possessionum uel ornamentorum, aut auri, aut argenti, aut cuiuslibet pretiosioris metalli pompa delectet, et omnia nihilominus suis abscondita thesauris latent, et quod[12]) coram[13]) hominibus inanis gloriae causa fruendi usu[14]) contempnitur, animi concupiscentia possidetur. 2. Sed filios habeo, inquies, quibus mea cupio uniuersa seruare. Quid ergo religionis intuitu contempsisse te fingis, quod liberorum contemplatione custodis? Uel cur tibi plaudis[15]), aut complaces, quasi noui aliquid geras, si omnium bonorum tuorum tuos filios haeredes instituas, quod facere etiam infidelibus moris est? Aut in hoc forsitan te Deo aliquid conferre existimas, quia liberis tuis celerius praestas, quod

[1]) Prov. 13, 8. [2]) Matth. 19, 21. [3]) 1 Pet. 2, 11. [4]) 2 Cor. 5, 6. [5]) C. *in*. [6]) C. »conquerit« mit einem Strich (i) durch »e«. [7]) So nach dem C.; S. alio *in* loco. [8]) L. compar*a*t. [9]) »Quae« fehlt im C. [10]) C. humiliorē. [11]) C. ill*u*s. [12]) »Quod« über der Zeile mit schwärzerer Dinte. Es scheint jünger zu sein. [13]) C. c*a*ram. [14]) C. »us*us*«, was S. beibehalten hat. [15]) A. plaud*e*s.

eis[1]) eras quandoque sine dubio relicturus? Quid ergo dicimus? Ut filios tuos penitus exheredes. Absit! Sed ut illis non plus, quam naturae necessarium est, derelinquas. Nam quomodo eos diligis, si illis ea uideris conferre, quae noceant? Obesse enim et ipsis possunt. quae tibi uisa sunt obfuisse. Aut enim tibi nihil obfuerant, et, frustra ea spreuisse te, simulas, aut, si obfuerunt, nec illis conferenda sunt. Nullus enim, quod sibi noxium sentit, cupiat[2]), eos possidere, quos diligit. Aut ergo filios non amas, si eis uis conferre contraria, aut, si amas, certum est, te non quasi contrarium habere, quod illis optas, quos[3]) diligis, exhibere, sed, ut superius diximus, humanae[4]) gloriae causa, quasi inutile spreuisse te, simulas, quod intra animi conscientiam pro summo amplecteris bono. Nihil enim nobis proderit aut numerosae sobolis gloriosa progenies. aut per uniuersas[5]) mundi partes longe lateque diffusa uberrimi cespitis locuples[6]) ac spatiosa possessio, aut plurimarum aedium superba nimis et elata constructio, aut pretiosarum uestium[7]) multiplex et gloriosa concinnitas, aut dignitatum uel honorum ambitiosa iactantia, cum extrema ad[8]) nos hora peruenerit, cum ambiguus omnibus finis aduenerit, in quo nullus[9]) secum praeterquam bonorum aut malorum operum fructus accipiet. Nihil enim aurum, nihil argentum, nihil pretiosorum lapidum coruscantes gemmae proficient, cum ille inrutilare[10]) coeperit dies olim a Domino destinatus, cum ipsa etiam ignibus coeperint elementa crepitare. De quo propheta testatur, dicens: *Magnus est dies Domini, magnus et inlustris nimis, et quis erit sufficiens ei*[11])? Et beatus apostolus Petrus: *Adueniet autem dies Domini ut fur, in qua coeli magno inpetu transibunt, elementa uero calore soluentur. Cum haec igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus et pietatibus, expectantes et properantes in aduentum diei Domini, per quam caeli ardentes soluentur, et elementa ignis calore tabescent*[12])? Item beatus apostolus Paulus: *Terribilis quaedam expectatio iudicii et ignis aemulatio, quae consumptura est aduersarios*[13]), cuius horroris uim non, qui diues fuerit, sed qui iustus, euadet, scriptura testante: *Aurum eorum et argentum eorum non poterit liberare eos in die irae Domini*[14]), et alibi: *Non proderunt thesauri iniquis, iustitia autem*

[1]) C. *egis*. [2]) So nach dem C. (möchte begehren. wünschen); S. cup*it*. [3]) L. quo*d*. [4]) C. *umane*. Das ›*u*‹ ist mit schwärzerer Dinte eingefügt. [5]) C. uniuersi*tas*. [6]) C. locuples *enim*. [7]) So der C.; bei S. fehlt ›uestium‹. [8]) ›Ad‹ fehlt im C. [9]) So der C.; S. falsch ›nullo*s*‹. [10]) So nach dem C.; S. *ru*tilare. [11]) Joel 2, 11. It. [12]) 2 Pet. 3, 10—12. [13]) Hebr. 10, 27. [14]) Zeph. 1, 18 vgl. Ez. 7, 19.

liberat a morte[1]). 3. Curramus igitur, dum tempus est, et, omni concupiscentiae excusatione postposita, quanta possumus celeritate, [et[2])] post laborem fidi simus (?)[3]), ne nos dies illa uacuos et infructuosos inueniat. Si uere fidi sumus, caelestibus nos remunerandos opibus et perpetuae possessionis sublimitate ditandos, fastidiosa sit nobis terra post caelum, et omnis temporalis et mundana possessio ad aeternae illius beatitudinis conparationem quasi inutile stercorum sordeat purgamentum. Nemo magna consecuturus miretur exigua. Facile ualemus contempnere, quod sumus, si pro certo credimus, quod erimus futuri. Quid nobis illa magna cum ambitione concupiscere, quae possunt etiam pessimi homines obtinere? Quanti locupletes criminosi, quanti inpii quantique lasciui, quanti nefandorum facinorum sceleribus inquinati! Si tantum iustos, sapientes, pudicos, innocentes et pios cerneremus habere diuitias, merito cuicunque prudenti illae cum ingenti auiditate desiderandae essent, quae solis conpeterent bonis. At[4]) uero cum constet, illas[5]) malos praecipue sortitos, nescio, qua ratione sapientium quisquam potiri uelit, quod ab stultis sceleratisque[6]) uideat possideri. 4. Sed [et[7])] in pauperibus ista sunt, inquies. Sed paupertatem nemo concupiscit, et facilius pauper[8]) ab istis se exuere quam diues potest, cui paupertas non modo deliquendi non praestat fomitem, uerum plerumque possibilitatem negat, scriptura dicente: *Est, qui peccare uetatur prae inopia*[9]). Uide ergo, quid eligendum magis sit, quod delinquere prohibet, an[10]) quod nonnunquam[11]) peccare conpellit. Nam quod diues a delicto alienus esse uix possit, superius[12]) iam diuinae sententiae auctoritate monstratum[13]) est. Illas magis diuitias conquiramus, quarum suffragio Christi et angelorum eius participes esse mereamur. 5. Simus plane locupletes et diuites, sed in bonis actibus, sed in conuersationibus sanctis et piis; repleamus corporis nostri thesaurum sanctitatis auro et argento iustitiae. Pretiosior nobis sit omni ornamento sinceritas; intrinsecus nos, non extrinsecus conponamus, id est non corporis, sed spiritus decoramenta quaeramus. Ornemus animam nostram, et, ut[14]) Deo formosa appareat, omnibus eam speciebus iustitiae depingamus. Erit enim satis compta ac decorata, si sit in illa grauitas morum, conscientiae puritas[15]), credulitatis[16])

[1]) Prov. 10, 2. [2]) ›Et‹ fehlt im C. Schon von S. ergänzt. [3]) C. *sidemus*; S. *consideremus*. [4]) C. A*d* (das ›d‹ fast über der Zeile mit schwärzerer Dinte). [5]) C. ill*a*. [6]) C. sceler*ita*sque. [7]) ›Et‹ fehlt im C. [8]) C. pauper*tas*. [9]) Sir. 20, 23. [10]) C. an*no*. [11]) Man erwartet ›prope semper‹. [12]) Der C. superi*ore*. [13]) C. monstra*nd*ū. [14]) C. ut et. [15]) C. puri*ti*tas. Der Corr. hat das Wort mit schwarzer Dinte corrigirt. [16]) C. ›creduli*tates*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹.

fiducia, sobrietatis abstinentia, patientiae mansuetudo, pudicitiae integritas, misericordiae pietas, cordis humilitas, dilectionis caritas et horum omnium conseruatrix et altrix mera et inuiolata simplicitas. Nulla enim Deo anima tam speciosa, tam pulchra, quam cuius est innocentia margarita fulgentior. Harum diuitiarum opes et ornamenta quanta possumus sagacitate quaeramus, scientes, caelesti[1]) regno indignos fore, quos non omnes[2]) opulentiae huius pompa sit comitata.

IV.

Epistola de malis doctoribus et operibus fidei et de iudicio futuro.

I. 1. Quantam de purissimae mentis uestrae sinceritate fiduciam geram, ex hac praesumptionis meae temeritate perpendite, qua audeo eximietati uestrae colligata inueterandaque literarum apicibus uerba dirigere, cum hoc in tempore solutum et liberum ac cito fulgentem et nullius scripturae uinculo compeditum sermonem proferre uix tutum sit. Duplicis enim ratio causae me ad huiuscemodi animauit audaciam, et christianitatis uestrae beneuolentia, apud quam[3]) nihil non tutum pio eloquio credidi, et caritatis liberalitas, cuius naturae est facilius omnia cauenda contempnere, quam eorum, quae profutura existimauerit, his quidquam negare, quos diligit. Insuper et illud accessit, quod ita uestrae essem conscius religionis, ut certissime scirem, nihil eam magis uelle, nihil cupidius optarequam de sanctis uoluminibus seu uoce promptum, seu litteris insertum incessabiliter haurire sermonem, et ea sibi semper, quae exer, cere dinoscitur[4]), praedicari[5]). Quia, licet diuini oris eloquium omnibus sit pro naturali suauitate saporabile[6]), attamen nullis tam dulce, quam, qui se eius famulatui mancipare nituntur, efficitur. Infinita animi oblectatio est, cum id sibi senserit adnuntiari, quod facit, et tam contristari sancta mens potest, si resolutam doctrinam audiat,

[1]) C. caelestis. [2]) So der C.; Omnis? [3]) C. und mit ihm S. »quem«. [4]) So der C.; S. dignoscitur. [5]) C. und mit ihm S. praedicare. [6]) C. soporabile.

quam, si disciplinata[1]) fuerit, exultare. 2. Noueram etiam, uos ita caelestis uerbi ardore flagrare, ut gratissimum duceretis illius solatium uobis, quolibet[2]) inpertiente, praestari. Non uacat[3]) enim eligere in eius rei exhibitione personas, qua potiri inpatientissime concupiscas. Nimis sitiens nullius propinantis respuit ministerium, et in qualicunque bibere[4]) contentus est poculo, non quod[5]) parum sanctitati uestrae copia doctrinae caelestis exuberet, sed quia tanta auiditate animi eam potare uultis, ut, cum ipsis abundetis fontibus[6]), nec desiderantes quidem paruis lentisque roribus riuulos respuatis, et, sicut hi, quos inmoderatae auaritiae cupiditas tenet, quamuis ubertim cuncta possideant, et adfatim rerum omnium opulentia polleant, nihilominus tamen pro infinita habendi concupiscentia, si quid eis pauper obtulerit, libenter accipiunt, ita et uos, in quibus eius cupiditatis ardor exaestuat[7]), quae in illo fuisse dinoscitur[8]), cui, quod uir concupiscentiarum esset, angelica protestata responsio est[9]), minorum etiam scientiae studio[10]) non aspernanter dicta suscipitis, cum ipsi abundantioribus et opimis caelestis doctrinae thesauris[11]) adfluatis. 3. Nec meorum quidem me deterruit delictorum conscientia, quo minus me[12]) in omni religionis cultu ac deuotione meliores peccatorum omnium ultimus litterarum adfatibus commonerem, et, in oculo meo trabem gerens, eorum inmaculare aciem uellem, quorum nec festuca[13]) quidem inesse credenda est, cum illius uos[14]) humilitatis esse non ignorarem, cui nec deterioris generaret sermo fastidium[15]), et ita exosa[16]) habere peccata, ut uobis in eisdem[17]) destruendis nec peccatoris quidem disputatio possit horrere, nec retractare, quo qualiue labefactante desinant, dummodo[18]) esse desinant. 4. Quapropter obsecro, ut, si facilitatis nostrae usurpata temeritas sensum uestrae sanctitatis offenderit, non tam mihi eam, quam causis superius conprehensis et caritati uel maxime inputetis ardenti, quae saepissime solet terminum humilitatis excedere, dum dilectionis gratiam nititur exhibere. Huius namque praesumptionis audaciam sanctarum etiam scripturarum exemplis certum est con-

[1]) Der C. und mit ihm S. verkehrt »*in*disciplinata«. »Disciplinata«, wozu »doctrina« Subject ist, wird vom gegensätzlichen »resoluta« gefordert. [2]) C. q*od*libet. [3]) C. u*o*cat. [4]) C. *u*i*u*ere. [5]) Der C. und mit ihm S. »quo«. [6]) »Fontibus« über der Zeile mit etwas kleinerer und schwärzerer Schrift. [7]) C. exaestu*e*t. [8]) So der C.; S. di*g*noscitur. [9]) Daniel, Dan. 9, 23. 10, 11. It. Die Vulg. hat »uir *desideriorum*« (Gr. ἐπιθυμιῶν). [10]) C. scienti*a* ẽudio. [11]) C. *dies a*uris. [12]) C. me*i*. [13]) C. f*i*stuca. [14]) C. und mit ihm S. *nos*. [15]) C. fastidi*o* (r̃ über der Zeile). [16]) C. ex*os*a (os über der Zeile). [17]) C. ^es^dē (»es« mit kleinerer und etwas schwärzerer Schrift über der Zeile). [18]) C. dũmo.

foueri, illis scilicet, quibus continetur: *Exhortamini inuicem et aedificate alterutrum*[1]). Et iterum: *Uerbum Christi habitet*[2]) *in uobis, in omni sapientia docentes et monentes uosmet ipsos*[3]). Et rursum[4]): *Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de uobis, quia pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere*[5]). Dilectionem enim in hoc loco tam scientiae[6]), quam monitioni praeponendo ostendit, duo inferius conprehensa ex illius, quam anterius[7]) nuncupauerat, caritatis uidelicet, causa descendere, et eam ueram et secundum Deum esse scientiam, quae non alterius rei, quam mutuo[8]) aedificationis amore praestetur, et tam illam laudandam dilectionem, quae, ut aliis prosit, in doctrinae usu studioque laborauerit, quam illam peritiam praedicandam, quae solius caritatis officia quaesierit.

II. 1. Talis est enim doctrina, per quam nullus animae profectus adquiritur, qualis est medicina, cuius per curam remedium minime aegrotantibus exhibetur. Quod solet etiam peritis medicis saepe contingere, dum, in sola arte fidentes[9]), minus sollicite aut pestilentiam temporis perscrutantur, aut aegritudinis rimantur causam, aut qualitatem ualetudinis[10]) contuentur. Sicut enim in corporalibus morbis uaria et multimoda languoris uidentur esse contagia et pro commutatione temporum ualetudinum[11]) quoque diuersitas nascitur, et periti ac sollertis medici est perpense[12]) omnia librare, aestimare, conicere, ne laboriosae sollicitudinis declinatio fastidiosa et aegrum perdat, dum parua diligentia cuncta rimatur, et artem, dum neglegentius[13]) latentia scrutatur, infamet: ita et boni doctoris est spiritalium morborum causas peruidere[14]), explorare, cognoscere, perdocere et, quibus occasionum generibus oriantur, aduertere, et tum demum, cognitis omnibus atque conpertis, caelestis curae adhibere medicinam. 2. Sed in tali expetita similitudine non tam medici nobis, quam infirmantis in huius tractatus disputatione conpetere uidetur exemplum, qui, propriae salutis commodis prospiciens, et morborum suorum occasiones intellegere debeat et intellegendo[15]) uitare[16]). Et si, quod[17]) adsolet, medicorum aut malitia[18])

[1]) 1 Thess. 5, 11. [2]) C. *habitat*. [3]) Col. 3, 16. [4]) So der C. (*rursū*); S. rur*sus*. [5]) Rom. 15, 14. [6]) C. scienti*a*. [7]) C. a*l*terius. [8]) So der C. Mutn*ae*? [9]) C. fident*e*. [10]) C. uali*t*udinis. [11]) C. uali*t*udinum. [12]) S. hat vor ›perpense‹ die Worte ›per se‹, die aber nicht im C. stehen. [13]) C. ›neglegenti*bs*‹ mit ›u‹ über ›b‹ als Corr. [14]) So der C.; S. p*rae*uidere. [15]) C. ›intell*e*gere‹ und ›intell*e*gendo‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [16]) Hier findet sich im C., wie es scheint, ein kleiner Absatz. Die vorangehende Zeile ist nicht ganz vollendet. [17]) So der C.; A. Et, sicut, L. Etsi sicut adsolet. [18]) C. maliti*osa*.

dolosa, aut inperita[1]) stultitia contrarium magis, quam sospitati profuturum uoluerit dare consilium, sapiens aeger sit[2]) suae infirmitatis medicus. Priuatis[3]) iam calamitatibus eruditus, recuset et respuat[4]), quod experientia propria sibi noxium esse cognouerit. Ita et nos, ut de me et de mei[5]) similibus loquar, peccatorum nostrorum, quorum contagione nobis spiritalis morbi aegritudo succrescit, tam causas quam remedia nosse debemus et nulli magis fidem, quam experimento proprio commodare; nec[6]) insensatorum ritu[7]) languentium frustrari nos quorundam adulatoriis et blandis pollicitationibus adnuamus, ut aut credere uelimus, profuturum nobis[8]), quod aliis minime profuisse cognouerimus[9]), aut, unde caeteri perierunt, nos euadere posse speremus.

III. 1. Credo enim, uos pro ingenita uobis intellegendi[10]) prudentia, immo per sancti spiritus reuelationem, cuius nequaquam pie sancteque uiuentibus gratia deesse censenda est, nostri[11]) temporis luem calamitatemque perspicere, et me[12]) magis alieni causas[13]) examinare languoris, cum ipsos uos ab eodem perspicacitatis propriae[14]) intellegentia praestet[15]) inmunes. Facilius etenim aliorum passionem, qui ab ea liberi sunt, quam qui pati uidentur, intellegunt; nec illam ignorare credendi sunt, qui eius declinare cernuntur incursum. 2. Unde sanctitatem uestram scire non ambigo, ex hoc uel maxime in praesenti tempore peccatorum morbo plurimos inmedicabiliter laborare, quo per fidei praerogatiuam credulitatisque fiduciam non se perituros existiment, quamuis plurima caelestium mandatorum praecepta non seruent. Proh nefas[16])! ut per hoc, fidem[17]) scilicet, mortis causa miseris malae intellegentiae uitio ministretur, per quod bene sentientibus aeternitatis uita confertur, et interitus perditionisque materia humanae inperitiae sit illud, quod diuina clementia praestitit, ut esset salutis occasio. Non enim idcirco Dominus omnem spem credentibus repromisit, ut sub obtentu fidei liberius securiusue delinquerent, sed ut iam de caetero non pecca-

[1]) C. inperit*ia*. [2]) Der C. *est* (ē); S. *et*. [3]) S. in Uebereinstimmung mit ›et‹ statt ›est‹ ›medicus priuatis‹. [4]) So der C.; S. recus*at* et respu*it*. [5]) Der C. mei*s* (durch das erste ›s‹ von ›similibus‹ veranlasst). [6]) So der C. und mit ihm A.; L. n*e*. [7]) C. rit*ū*. [8]) Der C. und mit ihm S. ›ut credere uelimus, aut profuturum nobis‹. [9]) Der C. und mit ihm S. ›speremus‹, was durch den Einfluss des folgenden ›speremus‹ entstanden zu sein scheint. Der Verf. muss ein Wort, wie ›cognouerimus‹, gebraucht haben. [10]) C. ›intell*e*gendi‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [11]) C. nostr*is*. [12]) So mit S.; der C. ›*ego*‹. [13]) So mit S.; C. caus*a*. Man könnte auch ›caus*am*‹ lesen. [14]) C. perspic*u*itatis propri*a*; S. perspic*u*itatis propri*ae*. [15]) C. praest.*at* [16]) C. prone fas. [17]) So der C. (fidē); S. falsch ›fid*es*‹, scilicet.

rent, quibus per fidei suae indulgentiam pristinae incredulitatis fuerant delicta donata. Ad[1]) abolenda peccata fides proficit, non ad committenda licentius, id est, ut ante perpetrata dimittat[2]), non ut post futuris[3]) securitatis ueniam largiatur. Unde, si quis post sancti lauacri fidem deliquerit[4]), iam non per solam fidem, ut ante baptismum, ueniam speret, sed fletu, planctu, abstinentia, ieiunio, cilicio etiam et cinere omnique genere lamentationis inploret[5]).

IV. 1. Sed unde hic humanis mentibus error obrepserit, ante omnia nosse debemus, qui Christi fidem non tam ad destruenda, quam ad protegenda censeat peccata uenisse. Proteguntur enim plurimum, cum securitatis solatio nutriuntur. Maxima enim securitas est, ut per fidei suffragium aut paruo supplicio aut nullo expianda credantur, quae ante gratiae tempus seuerius uindicabantur[6]). Quod si ita est, nescio, quomodo Christus Dominus non uenit soluere legem, sed adinplere[7]), si per eius credulitatem disciplina non aucta[8]) est, sed minuta. Minuta enim est, si timoris causa sublata est, timoris autem causa sublata est, si poena dimota est, dimota uero est, si absque nulla paenitendi satisfactione sub aliquo inpunitatis fine conclusa est. 2. Unde ergo huiusce peruersitatis intellegentia emanasse credenda est, nisi ex illorum mentibus, qui illa, quae exercere non pertimescunt, nituntur defendere, quique[9]) malunt sibi quibuscunque coniecturis inpunitatis ueniam suadere, quam peccatorum uitia declinare? Multi enim sunt, quos aut odiendi acerbitate, aut zelandi aemulatione, aut cupiditatis ardore, aut obtrectationis malignitate, aut iracundiae[10]) furore, aut inpatiendi aestuatione, aut luxuriandi uoluptate, aut mentiendi falsitate, aut maledicendi asperitate, aut quocunque alio huiusmodi uitio ita malae institutionis consuetudo et longi temporis usus infecit, ut pertaesum illis sit inueteratam iam consuetudinem bonae conuersationis institutione mutare. Et si contingat, ut ex his aliqui diuinarum scripturarum uolumina legant, nihil aliud moliuntur, quam, ubicunque praecepta doctrinae perfectioris inuenerint, ingenii calumnioso acumine et disputandi arte corrumpere et ad uitae suae patrocinium eiusdem intellegentiam[11]) temperare. Faciunt enim hoc,

[1]) »Ad« fehlt im C. [2]) So der C.; S. verkehrt »*com*mittat«. [3]) So der C.; S. falsch »futur*ae*«. [4]) Der C. »post sancti lauacri fidem de*re*liquerit«, was S. falsch in »post sanct*um* lauacr*um* fidem dereliquerit« corrigirt hat. [5]) C. und mit ihm S. »sper*a*t« und implor*a*t. [6]) So mit S.; der C. »*iu*dicabantur« (das »*iu*« zum Theil mit schwärzerer Dinte, von der Hand des Correctors). [7]) C. inplere (»ad« mit schwärzerer Dinte vom Corrector). [8]) So der C. und mit ihm A.; L. *ad*aucta. [9]) So mit S.; der C. quic*um*que. [10]) C. iracund*i*. [11]) C. »intellegentiam« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«.

dum uolunt uideri non tam legem contempnere, quam legis[1]) auctoritate delinquere[2]), seque[3]) idcirco non agere, quae iubentur, quia aliter[4]) accipienda intellegantur, non ignorantes quidem, quid[5]) ueritatis ratio intrinsecus habeat, et huiusce fallaciae deceptionem apud Deum sibi non modo non profuturam, quin etiam perniciosam fore, optime intellegentes, quippe cum per ipsam[6]) tam sibi, quam multis minus intellegentibus aeternae perditionis interitus inrogetur.

V. 1. Sed quoniam humanae nimis essent gloriae cupidi, ut sanctos se haberi[7]) uellent[8]), et peccatorum flagitia multo iam tempore inueterata uitare[9]) differrent, quibus permanentibus sancti aestimari non poterant, nimis callidam et argutam, per quam simplicium mentibus caliginem offunderent, excogitauere fallaciam, ut, cum apud conscientiam suam peccatores essent, sancti apud alios haberentur et, sibimet in ueritate mortui, uiuere apud exteros in praestigiis putarentur. 2. Omnia illa peccatorum genera, in quae pro humanae consuetudinis uitio saepissime incurritur, et quae nonnisi, qui Deum granditer metuunt, uitare noscuntur, subtilissima fallaciae adsertione et uersuta argumentandi disputatione nihil sanctitati nocere posse contendunt, ut hoc artificio et sanctitatis illis opinio maneat, et peccandi consueta libido non pereat. Subtiliter enim eos per gloriae concupiscentiam diabolus lusit et peccandi eis geminauit occasionem, ut, dum indebitam[10]) sanctitatis famam aucupantur, peccata defenderent, et esset illis apud Deum duplex offensa tam pro delictorum patrocinio, quae uitare potius quam defensare debuerant, quam pro cupiditate gloriae frustra requisitae. Sed malunt sancti uideri, quam esse, et Deo potius, quam hominibus, displicere. Mirari enim non oportet, si haec humanae, ut dixi, ambitione gloriae[11]) agere dinoscuntur, cuius tanta amoris uis est, ut plerumque eam nec caelestis et perpetuae beatitudinis labefactare spes queat, nec horribilis et infinitae[12]) gehennae ualeat formido destruere. 3. Hac[13]) namque de causa ab huiusmodi[14]) etiam sine cuiusquam iustitiae operibus nuda et infructuosa fides profutura contenditur, et sola ab eis[15]) inremediabilis[16]) inpietas[17]), id est idolatriae[18]) nefanda

1) Der C. »leges« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. 2) C. dere-linquere. 3) C. secq; (nach »ec« ist Etwas ausradirt). 4) C. alter. 5) Das »q« von »quid« im C. radirt. 6) C. »ipst« mit ˜ über »t«. 7) C. habere. 8) So mit S.; der C. »uelint«. 9) C. »uita uitare«. 10) C. »in.ᵈebitam« (das .d mit schwärzerer Dinte). 11) C. ābitionē gloria; S. ambitionis gloria. 12) C. und mit ihm S. infinita. 13) C. Hęc. 14) C. »huismode« mit einem Strich (i) durch »e«. 15) C. ab ẽe. 16) C. ⁱⁿremediabilis (»in« mit schwärzerer Dinte vom Corr.). 17) C. pietas. 18) So der C. (idolatrię).

commissio praedicatur. Ergo haec duo[1]) non tam deuotione doctrinae, quam propter suam facilitatem[2]) obseruanda decernunt, eo quod leue sit fidem uacuam[3]) uerbis adnuntiare, et nullius prorsus laboris ab idolatriae crimine abstinere. Sed cur hominibus iam diu in Christi fide et religione censitis et eiusdem baptismatis sanctificatione purgatis tantopere commodum credulitatis insinuent, nequaquam intellego, nisi eos adhuc gentilitatis arbitrentur[4]) habere perfidiam, quos ex hoc credere non dubium est, quo Christiani probantur. Quam ob causam non iam fidem illis, quam nisi haberent, nec Christiani essent, sed fidei conuenit opera praedicari. Aliud est, si hinc illos infideles existiment[5]), quo non[6]) secundum debita fidei conuersentur obsequia, quod non ita esse, ex hoc absolutissimae intellegentiae ratione monstratur, quo eis absque sanctitatis operibus aeternae spem beatitudinis pollicentur, quam nunquam promitterent, si ex perperam uiuendi argumento credulitatis illis[7]) etiam substantiam denegarent. Sed, ut superius commemoratum est, fidei tantum nituntur uniuersa conferre, quia[8]) facilius sit, fidem uerbis commendari uacuis, quam iustitiae opera a nolentibus exerceri. Adserere se falso humanis auribus fidelem etiam infidelis potest, quia fides incontemplabilis res est, et eius ueritatis examinatio in profitentis tantum conscientia posita est, non et[9]) in audientis arbitrio. Perfacile est enim in eius rei contestatione mentiri, cuius nequaquam uerendum sit inuestigabile mendacium[10]) denotari. Iustitiae uero, id est integrae et inmaculatae uitae conuersationem, nemo tam facile aut fingit, aut praedicat, eo quod probatio eius in promtu sit, et nunquam celari[11]) sermonibus soleat, quod possit operibus indicari. Unde difficile[12]) quis audet eam rem aut simulare, cuius ex qualitate gestorum possit simulatio deprehendi, aut certe aliis adnuntiare, quos, sese adnuntiationis suae doctrinam transgredi, minime ignorare, sit certus. Qua de causa illius rei doctrina[13]), cuius ambigi ueritas potest, saepe profertur, de ea uero, cuius obscurum esse negotium non licet, aut parum quid dicitur, aut penitus conticescitur[14]). 4. Habent etiam hoc mundanam gloriam desiderantes et humanae laudis perfrui cupientes uoluptatibus, ut ante auditorum suorum mores uitamque explorent et ita doctrinae suae modum temperent, ne

st. »idololatriae«. 1) Im C. steht »duo« mit schwärzerer Dinte über der Zeile. 2) C. faci*ll*itat*e*; A. s*ui* facilitatem. 3) So mit S.; C. »*ca*uam«, was zur Noth angeht. 4) C. und L. »arbit*ra*rentur«, A. »arbitr*a*ntur«. 5) C. existim*a*nt. 6) So der C.; S. »quo*niam*« 7) Der C. und mit ihm S. »illi*us*«. 8) So der C.; S. quo*d*. 9) So nach dem C.; S. hat »et« ausgelassen. 10) C. inuestigabil*ẽ* menda*t*ium. 11) C. cel*e*ri. 12) C. Undifficile (de.). 13) C. doctrinã. 14) So der C.; S. contic*et*ur.

cuius[1]) eorum possint mentibus displicere, scientes se tunc[2]) optimos magistros, si per omnia discipulorum gestis[3]) doctorum sermo concordet, et si eis inaestimabilis[4]) illius beatitudinis incorruptionem absque uoluptatum suarum demolitione[5]) concedat. Necesse est enim, ut, qui omnium fauorem expetunt, id primum agant, quatenus ab omnibus diligantur. Diligi uero non poterunt, nisi eorum prius, quorum amoris gratiam[6]) exigunt, moribus placeant. Placere autem difficile est, si non per omnia eorundem actuum institutis doctrinae suae uoluerint adhibere consensum. Et ita fit, ut dum nimia humanae cupiditate gloriae, diligi se etiam a uitiosis, expetunt, uitia et peccata defendant et contra legalis[7]) et euangelicae doctrinae[8]) ueritatem, iisdem[9]) perpetuitatis[10]) gloriam polliceantur, quorum non salutem uideantur efflagitare[11]), sed laudem. Idcircoque per solius credulitatis meritum aeternam inmortalitatis iisdem spem repromittunt, quia sciunt, nihil penitus laboris esse fidem, immo fidei professionem sine iustitia possidere, et eam doctrinam omnibus gratissimam fore, quae tanti[12]) muneris praemium absque aliquo labore concesserit. 5. Sed praestigiosae[13]) huius commenta fallaciae, qua persuadetur, aut credulitatem sine operibus esse, aut solam sufficere credentibus fidem posse, apud eos, si forte, ualeant, qui inuisibilia ex uisibilibus[14]) probare non norunt, nec intellegere, ubicunque fidei fructus non sit, illic[15]) quoque nec ipsam fidem esse credendam. Caeterum, quis prudens addubitet, ubi fides sit, illic esse et timorem, et ubi timor sit, illic esse et oboedientiam, et ubi oboedientia sit, illic esse et iustitiam, sicut e contrario[16]), ubi iustitia non sit, illic nec oboedientiam, nec timorem esse, nec fidem? Ita enim haec inuicem sociata atque connexa sunt, ut diuisa penitus esse non possint. Tunc enim recte fidei bonum referre existimabimur, cum illi mandatorum obtemperantiam iunxerimus, alioquin uerendum est, ne male ei adulemur, si, solam illam citra bonorum efficientiam operum ad aeternitatis meritum sufficere, dixerimus.

VI. 1. Sed ne hoc nostris tantum sermonibus adstruxisse uideamur, ad conprobandam huius intellegentiae ueritatem aliqua diuinae legis exempla promenda sunt. Dicit enim scriptura: *Qui credit Deo, adtendit mandatis eius, et qui confidit in illo, non mino-*

[1]) C. ›necuius‹ oder ›nocuius‹; S. ne cuius*quam*. [2]) C. ›scient ee tunc; S. scient*es etiam se*. [3]) C. gen*t*is. [4]) C. in*e*stim*i*bilis. [5]) So mit S.; der C. demo*n*itione. [6]) C. grati*a*. [7]) C. legal*e*s. [8]) C. doctrinē. [9]) C. *i*sdem. [10]) Der C. ›perpetuitat*es*‹ mit einem Strich (i) durch das letzte ›e‹. [11]) C. ›efflagiore‹ oder ›efflagi*a*re‹. [12]) C. tant*i*s‹. [13]) So der C. (praestigios*e*); S. praestigios*a*. [14]) C. *i*nuisibilibus. [15]) C. ill*i*. [16]) C. bloss ›contrario‹.

rabitur[1]). Si enim illum credere dixit, qui mandatis adtendit, illum sine dubio incredulum exposuit, qui[2]) non adtendendo contempserit. Hoc et beatus Iohannes apostolus: *Omnis*, inquit, *qui in eo manet, non peccat*; *omnis*[3]), *qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum*[4]). Unde intentius cognoscendum est, an[5]) fidelis haberi debeat, qui iuxta apostolicam definitionem Deum ignorare censetur. Cui enim in dubium ueniat, quod, ubi futurorum fides est, illic tam aeternae beatitudinis desiderium sit, quam poenae perpetuae timor? Et, ubicunque haec duo fuerint, difficilis[6]) erit causa[7]) praeuaricationis, dum eam aut incorruptibilium[8]) bonorum amor, aut indeficientium suppliciorum terror excludit. Et, ubi facile delinquitur, ibi futurorum nec desideratur aliquid, nec timetur. 2. Utinam, quam facile est fidem profiteri, tam facile esset fidei signa monstrare, sicut et sanctus apostolus contestatur, ubi ait: *Sed dicet*[9]) *quis: Tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego tibi ostendam ex operibus fidem meam*[10]), demonstrare uolens, idcirco illam non esse, ubi non ostenditur[11]), quia, ubi esset, ostenderetur. Corpus enim quodammodo fidei opera sunt. Et quomodo per uisibilem corporis nostri gestum etiam incorporeae[12]) et inuisibilis animae motus exprimitur, ita per conspicabilem operum conuersationem incontemplabilis fidei efficacia demonstratur. Quamquam beatus apostolus non tam corpus, quam animam, ut ita dixerim, fidei opera significasse uideatur, dicendo: *Sicut enim corpus sine spiritu mortuus est, ita et fides sine operibus mortua est*[13]). Hoc enim ait, ut ostenderet, eam[14]), etiam[15]) si esset, frustra esse, si iustitiae opera non haberet, sicut et in superioribus testatur, dicens: *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid sola fides poterit saluare eum*[16])? Et iterum: *Tu credis, quod unus est Deus. Bene facis: et daemones credunt, et contremiscunt*[17]). Nonne tibi uidetur, quod praeuaricatoribus non prosit, ut nec daemonibus fides? Cuius intellegentiae qualitas committenda lectoris arbitrio est. Inferius uero quid idem dixerit, praetereundum non est. Ait namque: *Uides ergo, quod ex operibus iustificatur homo, et non ex fide*[18]). 3. Ad haec etiam beati Petri

1) Sir. 32, 28. 2) C. wohl ›quia‹. 3) S. *et omnis*. 4) 1 Joh. 3, 6. 5) ›*An*‹ fehlt im C. 6) C. difficilē. 7) C. causā. 8) C. incorrup*tilium*. 9) S. *dicit*. 10) Jac. 2, 18. 11) C. ostendetur. 12) C. in corporę. 13) Jac. 2, 26. 14) C. wie es scheint, ›iñ‹ oder nī. Fidem? 15) C. ›etiã‹ oder ›eteã‹; S. hat das Wort ausgelassen. 16) Jac. 2, 14. 17) Jac. 2, 19. 18) Jac. 2, 24. — Im C. gehen den Worten ›*Uides — ex fide*‹ die kurz vorher citirten Worte ›*Quid proderit* (C. hier ›*Prodest*‹) — *saluare eum?*‹ voran. Ich habe diese Worte gestrichen, da sie bei Iacobus nicht ›inferius‹ (nach den Worten ›*Tu credis — contre-*

sententia consonare dinoscitur[1]), in qua habetur: *Uos autem omnem curam subinferentes, ministrantes in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Haec enim uobis cum adsint et superent, non uacuos, nec sine fructu uos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitionem*[2]). Ex his igitur omnibus credo iam manifestum esse, his tantum professionem fidei ad uitae gloriam profuturam, qui, eam habere se bonorum operum exercitatione et sanctae conuersationis protestatione[3]), monstrauerint. Illis uero non satis eius praerogatiuam collaturam, qui uitam suam probroso delictorum inquinamento et turpissimo flagitiorum caeno foedauerint.

VII. 1. Sed dices mihi: Si fides absque iustitiae operibus minus proderit, quomodo per prophetam Dominus dicit: *Iustus autem meus ex fide uiuit*[4])? Unde intellegi datur, posse credentibus uitam etiam ex solius fidei professione praestari. Praestabitur sane, sed illis, quibus praestari promittitur. Quibus itaque promittitur? Iustis, ni[5]) fallor. *Iustus* enim *meus*, inquit, *ex fide uiuit*; non dixit: Peccator in fide uiuit, etiam si[6]) in delictorum suorum conuersatione durauerit; aut, si ibi habes[7]): Permanens in peccatis suis ex fide uiuit, et: Peccatorem, etiamsi peccare non desinat, sola iustificat fides, demonstrare te, par est. Caeterum eius rei praemium, quod solis iustis promittitur, puto, quod in sua iniustitia perseuerantibus denegetur. Memento de baptizatis, non de catechumenis haberi[8]) sermonem. Praescius enim fuit Dominus, nouissimis temporibus tales fore doctores, qui sub uelamento fidei omnem disciplinae rigorem atque iustitiam[9]) adulatoriae niterentur persua-

miscunt«), sondern superius (vor ihnen) stehen, und der Verf. sie kurz vorher citirt hat. Sie sind augenscheinlich vom Schreiber oder einem seiner Vorgänger aus Versehen wiederholt worden. S. hat sie beibehalten.
[1]) So der C.; S. di*g*noscitur. Und so auch weiter unten öfters. [2]) 2 Pet. 1, 5–8.. [3]) C. protestatio*n*. [4]) Hab. 2, 4 vgl. Rom. 1, 17. (In Mss. Alex. et Barb. ac ed. Ald. *ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται*), Sab. z. St. Vgl. Grabes und Breitingers Ausg. der LXX nach dem Cod. Alex. Das »*meus*« in der lat. Uebers., der unser Verf. folgte, stammt aus dem Cod. Alex. [5]) Cod. ni^{si} (si mit schwärzerer Dinte von einem Späteren); S. hat »nis*i*«. [6]) Das »si« von etiamsi steht mit ganz kleinen Buchstaben über der Zeile. [7]) So der C. (»siibi« am Ende einer Zeile und »habes« am Anfang der folgenden); S. hat aus Mangel an Verständniss »si *fidem* habe*t*« corrigirt. [8]) C. habere. [9]) C. und nach ihm S. »iustiti*ae*«. Sinnlos. Der Fehler ist durch das folgende »adulatoriae« hervorgerufen.

sionis oblectatione[1]) destruere; et idcirco huius sententiae definitionem ac si[2]) inexpugnabilem iustitiae murum ante construxit, quem nequaquam peruersae doctrinae aries possit agitare. *Iustus autem meus ex fide uiuit,* hoc est dicere: Illi tantum fides proderit ad salutem, qui secundum me iustus esse uoluerit. Non sufficeret autem, quod dixerit iustus, nisi addidisset *meus*, ne[3]) illis saltem fides conferre multum existimaretur, qui coram hominibus et non coram Deo existerent iusti. Sicut alibi dicit: *Et uos eritis mihi iusti, dicit Dominus*[4]), id est, non hominibus, sed mihi, qui cordis etiam occulta considero. 2. Huius igitur absolutissimae ueritatis intellectum etiam beati apostoli sermo confirmat, cum, de Domino euangelizans, dicit: *Iustitia autem Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem meus ex fide uiuit*[5]). Neque enim absque iustitiae operibus uitam promisisse credendum est, qui alibi dicit: *Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque qui maledicunt, neque qui rapiunt, regnum Dei possidebunt*[6]). Et certe iam credentibus et baptizatis Corinthiis loquebatur, et non solum idolatres[7]), aut inpios, aut aliqua quaecunque grauiora crimina perpetrantes, uerum etiam leuioribus[8]) peccatis inuolutos a Dei regno sequestrari[9]) dinoscitur. Et ita ab eius possessione furem, maledicum, ebriosum et auarum, ut adulterum, ut mollem, ut idolatrem[10]) submouisse perspicitur. Et ne putaremus, eum non de iis[11]) dicere, qui unum quodcunque[12]) eorum, quae dinumerauit, egissent, sed de ipsis, qui omnia perpetrassent, praeposuit semper: *neque illi, neque illi,* ut manifestiore ueritate claresceret, a regno Dei extraneum fore, etiam qui unius cuiuslibet peccati absque poenitentiae satisfactione fuisset obnoxius[13]), illius non inmemor sententiae, qua[14]) continetur: *Ingrati enim fides tanquam hibernalis glacies tabescet, et*[15]) *disperiet*[16]) *tanquam aqua superuacua*[17]). Hoc etiam in epistola ad Galatas contestatur, dicens: *Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt adulterium, fornicatio, inmunditia, luxuria, ueneficia, idolatria*[18]), *inimicitiae, contentiones, irae, rixae, dissensiones, haereses, inuidiae, homicidia, ebrietates,*

[1]) Der C. »oblectatioñ«. [2]) So der C.; S. hat »si« ausgelassen. [3]) Der C. und mit ihm S. »*Neque*«. [4]) Wo stehen diese Worte? Aehnlich heisst es Ex. 19, 6: *Et uos eritis mihi — gens sancta.* [5]) Rom. 1, 17. Vgl. ob. S. 76 Anm. 3. [6]) 1 Cor. 6, 9. 10. [7]) So der C. st. »ido*lo*latres«; S. idolatr*as*. [8]) C. und mit ihm S. *de* leuioribus. [9]) C. sequestrar*e*. [10]) So der C. st. »ido*lo*latrem«; S. idolatr*am*. [11]) C. *his*. [12]) So nach dem C.; S. verkehrt »unum*quodque*«. [13]) Sieht im C. aus wie »fuiss*e*obnoxius«. [14]) C. qui*a*. [15]) C. ẽo. [16]) C. disperit. [17]) Sap. 16, 29. [18]) So der C. st. »ido*lo*latria«.

commessationes et his similia, quae praedico uobis, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur[1]. Puto et hic satis clara et manifesta determinatione decretum est, quod cuiuscunque peccati reus caelestis regni particeps esse non possit. Nam cum multa superius conpreheusa dinumerasset et longum illi esset omnes peccatorum species designare, breuissimo conpendio usus est, ut cuncta se conmemorasse[2]) ostenderet, cum non omnia nominaret, dicendo: *Et his similia, quae praedico nobis, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.*

VIII. 1. Sed regnum, inquies, non tamen uitam peccantibus denegauit. Quid ergo? Tu eos, qui extra regnum fuerint, uitam habere existimas posse? Quo igitur in loco uita illa, quae extra regni terminos est[3]), esse credenda est? Ego enim duo tantum loca ·in[4]) scripturis inuenio, regni et gehennae, id est uitae et mortis[5]). Si tu tertium aliquem reperisti, ubi collocentur illi, qui neque in regno, neque in gehenna fuerint, monstrare te conuenit. Non quod[6]) negemus, iustorum pro laborum diuersitate diuersa esse praemia meritorum, sed in eodem regno, ubi unicuique pro iusti laboris modo aut centesimi, aut sexagesimi aut tricesimi fructus copia reseruetur, et ubi filius hominis, in maiestate patris cum angelis suis ueniens, reddet singulis secundum opera sua, et ubi unicuique secundum mensuram, qua mensus fuerit, remetietur[7]), et ubi iuxta Zachariae prophetae uaticinium *qui infirmus fuerit, sicut domus Dauid erit, domus autem Dauid sicut domus Dei, sicut angelus Domini*[8]), et ubi *alia claritas solis, et alia claritas lunae, alia claritas stellarum*[9]), et ubi *qui parce seminat, parce et metet*[10]), sed tamen metet, et ubi *intellegentes fulgebunt sicut splendor firmamenti et caeteri iustorum sicut stellae*[11]), et multa alia his similia, quae multimoda sanctorum merita futura esse testantur. De peccatoribus uero similiter sentiendum est, quod quisque secundum peccati sui meritum patiatur et poenam, in eadem tamen gehenna, et suppliciorum magis inter eos, quam locorum sit habenda discretio. 2. Sed ut absolutius liqueat, nonnisi duarum habitationum diuisionem fore, quarum alteram iusti, alteram uero iniusti pro diuersa meritorum suorum conuersatione percipient, dictis[12]) Domini utamur. *Cum uenerit*, inquit, *filius*

[1]) Gal. 5, 19—21. [2]) C. conmemorasset. [3]) ›Est‹ fehlt im C. [4]) ›In‹ fehlt im C. [5]) Zwischen ›mortis‹ und ›Si‹ finden sich bei S. die Worte: *Purgatorium locum tamen semper excipio, in quo ad tempus piorum animae corporibus solutae expiantur.* Diese Worte stehen nicht im C. Sie sind von S. eingeschoben. [6]) C. quo. [7]) Matth. 13, 23. 16, 27. 7, 1. [8]) Sach. 12, 8. It. [9]) 1 Cor. 15, 41. [10]) 2 Cor. 9, 6. [11]) Dan. 12, 3 It. [12]) Im C. stand ursprünglich ›dicentis‹ (›en‹ unvollständig ausgewischt).

hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes gentes, et segregabit eos ab inuicem, quemadmodum segregat pastor oues ab haedis, et statuet oues ad dexteram, haedos autem ad sinistram. Tunc dicet rex his, qui ad dexteram sunt: Uenite, benedicti patris mei, percipite regnum et reliqua. *Dicet autem his, qui ad sinistram sunt: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo et angelis eius* et caetera[1]), quibus duo loca[2]) tantum significasse dinoscitur, illorum scilicet, qui uocantur ad regnum, et eorum, qui gehennae ignibus addicuntur. Quod si praeter haec duo loca[3]) tertius aliquis locus esset, quem nec regnaturi, nec casuri, sed tantum uicturi perciperent, et ipsum quoque designasset Dominus, et sicut alios regno, alios gehennae deputat[4]), alios uero uocasset ad uitam, si, quod[5]) esset extra regni lineas uitae habitaculum, nosset. 3. Sed et illo prophetico testimonio, non nisi duo loca esse, declaratur[6]) apertissime, quo[7]) continetur[8]): *Et in tempore illo saluabitur plebs tua, quae scripta est in libro uitae; et multi dormientium in limo terrae exsurgent, hi*[9]) *in uitam aeternam, et hi*[9]) *in obprobrium et confusionem aeternam*[10]). Quod si tertius aliquis locus esset, et ipsum procul dubio nominasset. Beatus quoque apostolus, cum solius regni possessionem etiam idolis seruientibus abnuit, uitam intra eiusdem terminos collocauit. Absurdum est enim existimare, eum aliquam uiuendi spem inpiis reliquisse. Sed et discipulorum sententiā, qua de eius salute, cui regnum tantum Dominus negauerat, desperatur, minime saluari posse ostenditur, quisque regni extraneus inuenitur, et non alibi uitam, quam in regno esse, absolutissima ratione monstratur. Neque enim aut sentiri, aut dici fas est[11]), ubi salus non sit, illic uitam esse credendam. Nam cum dixisset Dominus: *Difficile diues intrabit in regnum caelorum; facilius camelus per foramen acus, quam diues in regnum caelorum transibit*[12]), refert euangelista, apostolos pro humanae salutis cura maestos fuisse, dicentes: *Quis ergo poterit saluus esse*[13])? Uide ergo, an cum rationis ueritate concordet, ut, ubi salus non fuerit, alicuius uitae spes esse existimetur.

[1]) Matth. 25, 31—34. 41. [2]) So der C.; S. duo *finalia* loca; ›*finalia*‹ wiederum von S. eingeschoben. [3]) S. duo *finalia* loca. [4]) C. disputat. [5]) C. quid. [6]) Der C. und mit ihm S. declar*an*tur. Der Plur. ist durch Einfluss von ›duo loca‹ entstanden. [7]) Ob der C. ›quo‹ oder ›que‹ hat, ist schwer zu entscheiden. Jenes ist jedenfalls das Rechte. S. ›qu*ae*‹. [8]) Der C. und mit ihm S. ›contin*en*tur‹. [9]) So der C.; S. ii. [10]) Dan. 12, 2. [11]) Der C. hat ›quod‹ voran ›ubi‹. [12]) Matth. 19, 23. 24. [13]) Matth. 19, 25.

IX. 1. Illud uero, quale est, quod inpios tantum perituros adserunt, quos aut idolatres[1]), aut non credentes in Deo esse definiunt, ut scilicet, dum credulitatis suffragium repromittitur, delinquendi facultas nutriatur, et nemo peccator esse metuat, cum solos inpios[2]) poenalis perditionis interitum manere confidat. Sed haec apud illos, si forte, ualeant, quibus aut nulla diuinarum notitia[3]) scripturarum est, aut qui, ut saepe memini, per concupiscentiae suae adridentem doctrinam pessimae et mortiferae securitatis solatio[4]) perfruuntur. Nos uero, quibus aliquatenus caelestium praeceptorum scientia inest, immo quos nequaquam eorum, quae ad sanctae uitae beatitudinem pertinent, excusat inscientia[5]), dum nullis difficilioris intellegentiae nubibus obumbrantur, quaecunque ad bonorum efficientiam operum conscripta esse noscuntur, quia nequaquam Dominus erga iustititiae doctrinam habere moram uoluit intellegendi, quibus tempus nullum uidetur indulsisse peccati, scriptura dicente: *Nemini permisit inpie agere, nec cuiquam dedit spatium peccandi*[6]). Nullo modo itaque nos possunt uel subtili amore, uel blanda [persuasione[7])] seducere, quominus aliud credere aut sperare[8]) possimus, quam diuinae legis determinatione firmatum est, maxime si puro ac simplici corde religionis indagemus scientiam[9]), et non magis, quid uerisimile esse possit, sed quid pro certo uerum sit, quaeramus[10]), nec quid homines loquantur, sed, quid legis integritas habeat, tam agnoscere cupiamus[11]), quam[12]), postquam agnouerimus, inplere, per quam non[13]) inpios tantum et incredulos, sed etiam peccatores, si in suo peccato permanserint, perditionis reos fore, multipliciter et euidenter ostenditur, sicut ibi: *Ecce dies Domini sine refrigerio adueniet, indignationis et irae, ponere orbem terrae desertum et peccatores perdere ex eo*[14]), et alibi: *Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum*[15]). Item alibi: *Mors peccatorum pessima*[16]). Item alibi: *Adhuc pusillum, et non erit peccator; quaeres locum eius et non inuenies*[17]). Et iterum: *Quoniam*

[1]) C. ›idolatr*ies*‹ oder ›*ias*‹; S. idolatr*as*. [2]) C. und mit ihm S. ›solis inpi*is*. [3]) C. notitias (das ›s‹ wieder cassirt). [4]) C. solatiõ. [5]) So der C.; S. insc*it*ia. [6]) Sir. 15, 20. — Die vielen Zwischensätze von ›quibus aliquatenus‹ an bis ›*spatium peccandi*‹ haben bewirkt, dass das ›Nos uero‹ im Anfang der Periode des Abschlusses entbehrt. An dessen Stelle tritt logisch das ›Nullo modo itaque nos possunt — seducere‹ in der folgenden Periode. [7]) Ein Wort, wie dieses, muss hier ausgefallen sein. S. hat das ›blanda‹ des C. in ›blando‹ corrigirt. Aber ›uel‹ lässt ein dem ›subtili amore‹ entsprechendes Substantiv und Adjectiv erwarten. [8]) C. s*u*perare. [9]) C. scient*ia*. [10]) Der C. und mit ihm S. ›quaeri*m*us‹. [11]) Der C. und mit ihm S. ›cup*i*mus‹. [12]) ›Quam‹ fehlt im C. [13]) ›Non‹ fehlt im C. [14]) Jes. 13, 9. [15]) Ps. 11, 6. [16]) Ps. 34, 22. [17]) Ps. 37, 10.

peccatores peribunt[1]). Et iterum: *Uirum iniustum mala capient in interitum*[2]). Et iterum: *Dominus iustus concidet ceruices peccatorum*[3]). Et iterum: *Longe est a peccatoribus salus*[4]). Item in Prouerbiis: *Peccatores consequentur mala*[5]). Et alibi[6]): *In synagoga peccantium exarsit ignis*[7]). Item in Ecclesiastico: *Stuppa*[8]) *collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis*[9]). Item alibi[10]): *Uia peccantium conpleta est lapidibus, et in fine*[11]) *illorum interitus et tenebrae et poenae*[12]). Et alia multa, quae non solum incredulis profanisque[13]), uerum etiam delicta alia perpetrantibus perditionis supplicium comminantur. 2. Sed dici e contrario[14]) potest: Peccatores ipsi inpii intellegendi sunt, quia et inpius peccator esse credendus est. Igitur, si idcirco, quia et inpius peccator dici potest, quaecunque[15]) seu de peccatoribus, seu de inpiis dicta sunt, omnia ad inpios[16]) referenda existimabuntur, nullam ergo[17]) sine inpietate peccatoribus comminationem[18]) scriptura testabitur, et poterunt[19]) iam securi delinquere, quibus huiusce subtilitatis argumento omnis fuerit[20]) terror ablatus. Quaerendum tamen ab eo est, qui ita respondere uoluerit, quid inpios esse definiat. Credo aut infideles, aut profanae idolatriae superstitionibus deditos. Percontandum[21]) etiam, quos peccatores et non inpios statuat. Illos sine dubio, qui in Deo fidem habere se dicunt[22]), quamuis legis eius mandata contempnant. Increduli ergo et inpii et peccatores habendi sunt, creduli uero tantum peccatores; tamen et illi peccatores et isti peccatores, et cum omnes non sint inpii, omnes tamen peccatores sunt. Et quid facimus de illa scriptura, quae dicit: *Gladio peribunt omnes peccatores populi mei*[23])? Ubi omnes nominantur, uide, si quis excipiatur. Et alibi: *Diligit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet*[24]). Sed et illud, quo

1) Ps. 37, 20. 2) So der C. (interitū); L. interitu. — Ps. 140, 12. 3) Ps. 129, 4. 4) Ps. 119, 155. 5) Prov. 13, 21. 6) Die Stelle steht nicht in den Proverbien. 7) Sir. 16, 7. 8) C. stupa (p übergeschrieben). 9) Sir. 21, 10. 10) C. ›alia‹ mit einem kleinen Strich durch den oberen Theil von ›l‹. 11) C. *finē* (das durch ˉ ausgedrückte ›*m*‹ durch die beiden Punkte cassirt); S. *finem*. Gr. ἐπ' ἐσχατῳ. 12) Sir. 21, 11. 13) C. ›profane que‹ mit einem Strich (i) durch das ›e‹ von profane‹. 14) C. e contrariū. 15) C. quicunque. 16) C. inpio (v übergeschrieben). 17) In ›ergo‹ wird das dem conditionalen Vordersatze vorangehende ›Igitur‹ wieder aufgenommen. Wäre ›si‹ nach ›igitur‹ zu streichen, so würde mit ›nullam ergo‹ nicht ein conditionaler Nachsatz, sondern ein neuer, unabhängiger Satz beginnen (existimabuntur. Nullam ergo). 18) C. comminatione. 19) C. und mit ihm S. ›poterant‹. 20) So der C.; S. fuerat. 21) C. percuntandum; S. percunctandum. 22) C. dicant (v übergeschrieben). 23) Am. 9, 10. 24) Ps. 145, 20.

continetur: *Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea*[1]). Puto, quod, non solius idolatriae reum periturum esse, significet. Aliud est, si, qui[2]) sub maledicto fuerit, saluari posse credendus est. Nemo tamen[3]) existimet, scripturam ex eo iam peccatores inpiis coaequare, quo[4]), cunctos perituros esse, definiat, quia non statim erit poena[5]) consimilis, quia una omnium significetur esse perditio. Sed huic[6]) iam in superioribus satisfecisse sufficiat.

X. 1. Superfluum forte uidebitur, si, ut[7]) huius intellegentiae ueritatem euidentius adprobemus, aliqua noui[8]) instrumenti testimonia proferamus, cum ambigi omnino non possit, erga omnia paene iustitiae et sanctitatis officia ampliorem gratiae rigorem[9]) esse, quam legis; ex quo credi fas(?)[10]) non sit, quod illic aliqua leuioris comminationis remissione peccandi[11]) securitas praebeatur, ubi[12]) amplioris iustitiae integritas exigatur. Sed propter minus intellegentes[13]) uel pauca promenda[14]) sunt, et inprimis illa dominicae determinationis proferenda sententia est, qua continetur: *Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum*[15]). Unde intentius peruidendum est, utrumne post Christi aduentum solis inpiis futurae beatitudinis spes abnuatur, quando etiam illis, qui uniuersa legis iussa conpleuerint, nisi etiam addita[16]) gratiae mandata seruauerint, denegetur. In hoc enim discipulorum Christi plus quam scribarum et Pharisaeorum poterit eminere iustitia, si non ea tantum, quae per Moysen et prophetas scribis[17]) Pharisaeisque[18]) praecepta sunt, uerum etiam, quae per Christum sunt mandata, subpleuerint. 2. Non sum nescius, quid contra haec peccatorum solent[19]) obicere palpatores atque patroni. Non plus quam legis, inquiunt, sed quam scribarum et Pharisaeorum nostra iubetur abundare iustitia. Si hoc superius praemisisset: *Non ueni scribarum et Pharisaeorum iustitiam soluere, sed adinplere*, et, quod sequitur, de illorum dictum iustitia uideretur. Dicendo uero:

1) Gal. 3, 10. Deut. 27, 26. 2) Der C. und mit ihm S. ›qui*s*‹. Der Fehler wurde wohl durch das ›s‹ von ›sub‹ herbeigeführt. Vielleicht ist doch ›si quis, qui‹ zu lesen. 3) Der C. und mit ihm S. hat das unpassende ›ergo‹. 4) C. *c*o. 5) C. pena. 6) So der C.; S. h*i*c. 7) C. *sicut*. Schon von S. in ›ut‹ corrigirt. 8) C. ›no*b*‹ mit einem Strich durch den oberen Theil non ›b‹. 9) Der C. und mit ihm S. *u*igorem. 10) Der C. ›*exhercdificas*‹, was S. in ›*horribilitas*‹ (quam legis *horribilitas* non sit) corrigirt hat. 11) C. pecandi. 12) C. ubi;. 13) C. ›intellegentes‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 14) So nach dem C.; S. po*n*enda. 15) Matth. 5, 20. 16) C. addit*o*. 17) C. ›scrib*as*‹ mit einem Strich (i) durch ›a‹. 18) So der C.; S. *et* Pharisaeis. 19) Der C. und mit ihm S. ›sole*a*nt‹.

Non ueni legem soluere, sed adinplere[1]) et post paululum subsequendo: *Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum*[2]), manifestum est, hoc eum de legis locutum esse iustitia, ad quam se inplendam[3]) uenisse praedixerat, quam iustitiam scribae[4]) et Pharisaei[5]) susceperant[6]). Illud namque quaerendum est, utrumne scribarum et Pharisaeorum iustitia uera, an falsa fuisse credenda sit. Si uera, ergo ex lege erat, et, quae ex lege erat, legis [non[7])] esse non poterat; si falsa, uide, quam inpietatis blasphemiam[8]) hic sensus incurrat, ut falsae abundantiam iustitiae suis Dominum adserat praedicasse discipulis. Nunquam enim similia nisi similibus conparantur, et, [si[9])] praedictorum falsa credenda est fuisse iustitia, iam non iustitia, sed iniustitia erat, et, si[10]) iniustitia erat, quid necesse fuit, eam contrario uocabulo nuncupari? Defuerat nempe Dei uerbo elocutionis proprietas, ut rem malam[11]) boni adpellatione nominaret, ut nec illud, quod per Esaiam[12]) ante cecinerat, recordaretur: *Uae, qui dicit, quod bonum, malum et, quod malum, bonum*[13])! Si igitur de nominatorum[14]) falsa et non de legis uera iustitia egit, licet inaequalis conparatio sit, attamen ita eum loqui conuenerat: *Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum iniustitia, non intrabitis in regnum caelorum.* De iniustitia[15]) uero tacendo et solam iustitiam nominando ostendit, se de uera, non de falsa locutum esse iustitia, quae hoc modo scribarum et Pharisaeorum erat, quia, iuxta[16]) eam eos uitae suae statum moderari, conuenerat, ut et apostolorum iustitia dicitur, quae ex noui testamenti instructione[17]) cognoscitur. 3. Sed quid hic diutius inmoramur, cum ipse in sequentibus Dominus, de qua iustitia dixerit, euidenter ostendat[18]), quo ait: *Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quod omnis, qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio*[19])? Quaero nunc, quae iustitia antiquis homicidii facinus perpetrare inhibuerat,

[1]) Matth. 5, 17. [2]) Matth. 5, 20. [3]) C. inplenda. [4]) Im C. steht ›scribae‹ mit kleineren Buchstaben über der Zeile. [5]) S. Pharisaei*que*. Der C. hat ›*et* Pharisaei *quē*‹. [6]) Der C. susceper*at*. [7]) ›Non‹ muss hier vom Schreiber oder einem seiner Vorgänger weggelassen worden sein. A. legis esse non poterat? L. legis esse non poterat. [8]) C. blasphemi*a*. [9]) ›Si‹ fehlt im C. [10]) C. et.^{si} (›si‹ über der Zeile mit etwas schwärzerer Dinte vom Corr.) [11]) C. mal*a*. [12]) So der C.; S. *I*saiam. [13]) Jes. 5, 20. [14]) C. *mor*atorum, S. *mer*itorum. Vgl. mit ›nominatorum‹ das ›praedictorum‹ weit. ob. [15]) L. *ius*titia. [16]) C. iusta (›x‹ wurde wie ›s‹ ausgesprochen und darum bisweilen in der Schrift durch ›s‹ ausgedrückt). [17]) So der C.; S. insti*tu*tione. [18]) Der C. und mit ihm S. ›ostendit‹. [19]) Matth. 5, 21. 22.

scribarumne et Pharisaeorum, an legis? Si scribarum et Pharisaeorum, de illa uidebitur dixisse Dominus: *Nisi abundauerit iustitia uestra, non intrabitis in regnum caelorum*, si legis, certum est, eum de ea locutum, quam postea uidetur abundantioribus subplere mandatis. Nam si de scribarum et Pharisaeorum non iustitia, sed iniustitia orsus fuisset, ita dixerat[1]): Audistis, quia scribae et Pharisaei fecerunt hoc aut illud, uobis autem conuersandum est aliter. Dicendo uero: *Audistis, quia dictum est*, dicta dictis conparauit[2]), non personas personis. Magna reuera apostolorum gloria, etiam si ita possit intellegi, si iniquissimis uiderentur esse meliores. Ego enim nec illorum conscientiam, qui tam peruersae doctrinae fallacia[3]) minus intellegentium nituntur corda seducere, ita tenere confido; sed, dum nolunt euangelica et apostolica iussa conplere et plus, quam instrumento[4]) ueteri[5]) praeceptum est, facere, prauae interpretationis excogitata fallacia malunt eam aliter, quam ueritatis ratio cogit, exponere, ne caelestis regni[6]) uideantur extorres; quasi prosit aliquid, si mihi ignorantium opinione conferendum putetur, quod ego ipse me secundum ueritatis intellegentiam minime percepturum esse, non nesciam, nisi ea cuncta, per quae illud merear possidere, inpleuero[7]). Quae igitur est huius causa doctrinae, nisi, ut saepe dictum est, quia uolumus homines sancti uideri, quamuis ipsi, nos longe esse a sanctitatis regula, non ignoremus? O quam inpudens et temeraria est mens diuturnis adsueta uitiis et antiquis infecta[8]) peccatis[9]), cui non sufficit contra legem uiuere, nisi ut[10]) etiam ipsius legis ueritatem falsa audeat interpretatione conrumpere! Sed bene est, quod omnis euangelicae doctrinae series superioris sententiae uim integritatemque demonstrat, quae non tantum occidi, uerum etiam irasci uetat et eandem poenam comminatur frustra irascenti, quam lex decreuerat occidenti. Sic enim scriptum est: *Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico, quia omnis, qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio*[11]) Sed idcirco nos haec prauae expositionis ingenio peruertere et adulterare delectat, quia mentis nostrae insitam inolitamque saeuitiam nequaquam uolumus melioris consue-

[1]) So der C.; S. dix*isset*. [2]) C. conpara*b*it. [3]) C. fallaci*e*. [4]) C. ›instrumenav‹ (mit *æ æ* über dem Wort) mit einem durch das zweite ›*æ*‹ gehenden und bis zu ›*v*‹ reichenden schiefen Strich. [5]) Der C. ›ueteri*s*‹; S. ueteris *testamenti* (›testamenti‹ steht nicht im C.) [6]) Der C. ›regna‹ mit einem Strich (i) durch ›a‹. [7]) C. und mit ihm S. *sub*pleuero. *Con*pleuero? [8]) C. infesta. Schon von S. corrigirt. [9]) C. ›pecct*as*‹ (mit *a* über dem Wort) mit einem Strich (i) durch das zweite ›a‹. [10]) Nach ›ut‹ steht ›legē‹, was aber wie ausgewischt ist. [11]) Matth. 5, 21. 22.

tudinis institutione superare, cuius tanta uis est, ut interdum non iracundiae[1]) tantum, uerum etiam homicidii reatu teneatur obnoxia. Quisque enim alteri, quantum praeualet, nocet, ostendit, se plus nocere uelle, si posset. Sunt enim plerique, qui multo grauiores morte aliis inferunt cruciatus. Unde animaduertendum est, utrumne homicidis mitiores habendi sint, qui homicidio uidentur acerbius aliquid intulisse. Qua de re beatus Iohannes: *Omnis, qui fratrem suum odit,* inquit, *homicida est. Et scimus, quoniam omnis homicida,* tam utique ille, qui odit, quam ille, qui perimit, *non habet uitam aeternam in se manentem*[2]). Sciebat enim, quoniam, ubi odium esset, homicidii maneret affectus, quod intra se uoluntas sola committeret, quamuis a caede manus non tam Dei statuta, quam aut inpossibilitatis infirmitas, aut saecularia iura prohiberent. Denique omnium, qui alios odisse possunt, conscientiam interrogemus, an eos uelint superesse, quos oderint, quod fieri difficillime potest. Ergo si, illos mori, optant, in quo ab homicida[3]) differunt? quorum, quamuis non eadem sint opera, tamen una ac talis uoluntas est. Id ipsum enim uidetur esse, qui odit, et qui occidit, dum ambo mortem eius, quem nolunt uiuere, concupiscunt.

XI. 1. Hinc nobis legalia et prophetalia[4]) et euangelica atque apostolica praecepta sunt grauia, quia uitae nostrae contraria sunt et a nostrorum morum uoluntate discordant. Idcirco etiam ea fallaci intellegentiae sensu deprauare et uiolare contendimus[5]), quia facilius sit illa peruersae expositionis ingenio conrumpere, quam fideliter adinplere. Hinc iustitiae, hinc pietatis doctrinam refugimus et ad solius credulitatis suffragia conuolamus, quia omni sumus iniustitia atque iniquitate conpleti, et in hoc nos tantum consolamur, si dicamus, Deum non magnopere exsecrari, quae gerimus, et si putemus, nobis[6]) mandatorum eius transgressionem[7]) inpune cessuram[8]). Denique ipsi[9]) adtentius inuicem consideremus et actuum nostrorum conuersationem sollerti indagatione[10]) rimemur, et, si possibile est, per uisibilia operum gesta inuisibilium mentium secreta pulsemus et occulta nostra per ea, quae sunt manifesta, noscamus. Uideamus, quanti nostrum sint absque hypocrisi, absque nequitia, absque dolo, quanti ab iracundia liberi, quanti ab odio extranei, quanti ab inuidia ac liuore[11]) alieni. Quanti iustitiam non magis simulant, quam exercent! quanti in proximorum suorum casu non gaudent! quanti non

[1]) So der C.; S. *uere*cundiae. [2]) 1 Joh. 3, 15. [3]) C. homicida*nt*. [4]) So der C.; S. prophet*ica*. [5]) C. conte*mpn*imus, [6]) Der C. ›put*em* nobis‹; S. bloss ›putemus‹. [7]) C. transgressione. [8]) C. cessur*a*. [9]) Der C. ›ipse‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. [10]) C. ind*i*gatione (a über i). [11]) C. inuidi*ae* ac liuori*s*.

subplantare alterum concupiscunt! quanti absque adulatione, absque mendacio, absque personarum acceptione! quanti aliquid etiam boni facientes non id magis humanae gloriae appetitu gerunt, quam diuinae religionis obsequio! A licitis abstinere nos dicimus, et omnibus paene momentis, quae sunt inlicita, perpetramus; condemnamus, quae non prohibentur, et, quae prohibentur, admittimus. Plerique nostrum matrimonia refutarunt, quae contrahere Christianis secundum apostolum fas est[1]), et fratres suos oderunt, quod facere quidem nec ueteribus licuit. Abstinemus a carnibus[2]), sed non a malitia; uinum non bibimus, sed ira inebriamur; facilius non edere quid possumus, quam aliquem non odisse. Humilitatem tantum in elocutione oris et in gestu corporis et indumentorum habitu circumferimus, intus uero elatiores ipsis regibus sumus. Nusquam paene uera humilitas, nusquam innocentia, nusquam pietas, nusquam pura et inlibata simplicitas. Defecerunt ex maxima parte in nobis, quae Christus inseruit, et illa tantummodo uigent, quae diabolus superseuit. Alter de altero detrahit, alter alterius uitam infamare contendit. Ubique bella, ubique proelia, ubique discordiarum et litium et odiosa iurgia et inimica dissensio. Nusquam fere sincerae pacis uinculum, nusquam[3]) foederatae caritatis stabile firmamentum. Unusquisque priuatam gloriam quaerit; honorari se alius super alium concupiscit. Nemo, proximum superiorem quam se dici, patitur, nemo meliorem. Ad suum enim unusquisque odium amorem proficere ueretur alterius, suam uituperationem putat proximi laudem, et, quicquid alii[4]) conlatum fuerit, sibi credit ablatum[5]). Nullus paene absque alterius morsu loquitur, in hoc uitam nostram commendasse nos credimus, si carpamus alienam[6]), et iustitiae regulam nos iam obtinuisse confidimus, si aliorum commenticiam iustitiam[7]) uerberemus. Uere in nobis inpletum est: *Omnes, quae sua sunt, quaerunt, non, quae Iesu Christi*[8]), et illud: *In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines se ipsos amantes, superbi, cupidi, gloriantes, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, perfidi, criminatores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem ueritatis, uirtutem autem eius abnegantes*[9]). Ubi est illa primordialis institutio a Christo et ab eius apostolis tradita? ubi illius unanimitatis consecrata dilectio, qua cunctis omnia communia erant,

[1]) Hier hat S. die Worte ›nisi uoto aliquo interdicatur‹ eingeschoben. [2]) So mit A.; C. und L. ›carn*al*ibus‹. [3]) C. nūquā. [4]) So der C.; S. ali*i*s. [5]) L. *o*blatum. [6]) C. alien*a*. [7]) Der C. und mit ihm S. verkehrt *in*iustitiam. [8]) Phil. 2, 21. [9]) 2 Tim. 3, 1—5.

qua nemo quicquam suum ex his, quae possidebat, iudicabat, qua nec in mentis quidem erat uarietate[1]) discretio? Proh nefas! illi eodem in tempore nuper Christiani esse coeperant, et indiscrete in suis domibus commanebant; uae misero mihi! nondum ministeria quisquam uel nominabat, neque ulla seu uirorum, seu feminarum adhuc fuerat celebrata diuisio, et tamen illorum rudes meliores erant, quam nostri nempe perfecti. Ubi est illa determinatio, qua plebem suam agnos nuncupat, oues appellat? Sicut ibi: *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus*[2]). Et iterum: *Alias oues habeo*[3]). Et deinceps: *Ego mitto uos sicut oues in medio luporum*[4]). Et beato apostolo dicitur: *Si diligis me, pasce agnos meos*[5]). Sed et columbae eam uocabulo nuncupat, dicens in Canticis canticorum: *Speciosa mea, columba mea*[6]), uolens scilicet, populum suum illorum animalium, quorum obtinebat nomina, imitari in simplicitate naturam. Nos haec omnia nunc uitae nostrae peruersitate in contrarium uertimus et alia nobis incongrua[7]) insignia designamus, lupi potius dicendi, quam ones, et non tam columbae, quam milui nuncupandi. Atque utinam luporum ferocitate contenti esse uideremur, rapacitatemque sufficeret[8]) habere miluiorum! Sed quod grauius nobis est, omnium tam bestiarum, quam uolucrum excessimus atrocitatem, dum nec propriae naturae parcimus, cum illae tantum insectantur alienam.
2. Quale est autem, quod, cum sciamus, nos plenos esse iniquitate et dolo et omni paene tempore caelestia praecepta contempnere, ita aut inperitia, aut diabolo fallente deludimur, ut, esse nos iustissimos, arbitremur et quodam simulatae sanctitatis tumore, neminem praeter nos aliquid esse, iudicemus? Quid pateris, caro infelix et misera et mox exaranda uermibus et in cinerem fauillamque redigenda? quid gloriaris? quid extolleris, quasi boni aliquid nequiter conuersando merearis[9])? Dicit enim Dominus: *Cum feceritis omnia, quaecunque praecepi uobis, dicite: Serui inutiles sumus; quae debuimus facere, fecimus*[10]). Illis gloriari non permittitur, qui cuncta perfecerint, et tu extolleris, qui nec minimam quidem partem fecisse cognosceris! Paulus, se nihil esse, dicit, cui mundus crucifixus erat, qui iam in se non uiuebat ipse, sed Christus, et tu, te esse aliquid,

[1]) C. uerietate (a über e; die Correctur mit schwärzerer Dinte). [2]) Joh. 10, 11. [3]) Joh. 10, 16. [4]) Matth. 10, 16. [5]) Joh. 21, 15. 16. [6]) Cant. 2, 10. [7]) Der C. ›incongru*ere*‹, was der Corr. in ›incongru*a*‹ corrigirt hat, indem er das erste ›e‹ von ›ere‹ (mit schwärzerer Dinte) in ›a‹ verwandelte und unter ›re‹ zwei Punkte als Cassationszeichen setzte. S. hat ›*incon*gruere‹ in ›*con*gruere‹ corrigirt. [8]) C. *non* (*ñ*) sufficeret. [9]) C. mer*e*ris. [10]) L. *non* fecimus. — Luc. 17, 10.

putas, qui uitiis magis, quam uirtutibus uiuis, nec tam Dei, quam diaboli efficis uoluntatem! 2. Deinde quod, non exaudiri nos, aegrius[1]) ferimus, et sic[2]) quodammodo, quia postulationibus nostris non adnuerit, Domino indignamur, quasi nos per omnia illius iussa seruemus, quasi in nullis[3]) praeceptorum eius mandata spernamus, nec scriptum esse recordamur, quod Dominus se aspernantes non audiat et despiciat contempnentes, secundum scripturae fidem dicentis: *Sicut locutus sum eis, et non audierunt me, sic clamabunt, et non audiam eos, dicit Dominus omnipotens*[4]). Quod in euangelio euidentius demonstratur[5]), cum[6]) dicitur: *Scimus, quia peccatores Deus non exaudit*[7]). 3. Illud autem quale est, quod sub religionis nomine crudelitatis nostrae saeuitiam obumbrare contendimus et sub pietatis[8]) titulo crimen inpietatis admittimus? Cum enim fratrum[9]) nostrorum quempiam aut laedere uolumus, aut eius uitam graui cumulare[10]) uolumus[11]) infamia, hoc nos zelo iustitiae ac[12]) religionis et fidei agere iactitamus, ut apud homines iniustitiam iuste gessisse uideamur, et, cum apud Deum primum, deinde apud conscientiam nostram iniquissimi simus, sancti apud extraneos[13]) iudicemur. Usque adeo in nobis Dei reuerentia defecit[14]) et timor, ut non sufficiat peccare, sed insuper etiam peccata defendere et inpietatis factum pietatis uocabulo decorare, cum, si religionis aemulatione aliquid ageremus[15]), in spiritu lenitatis et mansuetudinis emendare potius quam infamare alterutrum niteremur, nec ullius esset odii[16]), sed obseruationis (?) indicium[17]), ubi purissimae caritatis[18]) exerceretur officium. Nemo est enim, qui ualet infamare, quem diligit, etiamsi sit infamia dignus. Unde manifestissime liquet, non illic aliquid religioso studio, sed inuidia geri, ubi non id agitur, ut errantis lapsus corrigatur, sed ut inmerentis uita maculetur. Haec ideo intulimus, ut demonstremus, nos hoc tempore idcirco[19]) uitia defendere, et omnem spem nudae fidei putare, quia facilius nobis est fidem fingere, quam peccata uitare.

XII. 1. Sed ad proposita reuertamur et non solius inpietatis

[1]) C. *egregius*. [2]) So der C. und L.; A. si*t*. [3]) C. in null*a*; S. ›nulla‹ ohne ›in‹. [4]) Zach. 7, 13. [5]) So mit S.; C. demonstr*at*. [6]) C. cõ. [7]) Joh. 9, 31. [8]) C. su*pp*ietatis. [9]) C. fra*tū* (›r‹ Correctur). [10]) C. cõmolare. [11]) C. ›nol*i*mus‹ mit in ›v‹ corrigirtem ›i‹ und wie ›no‹ aussehenden ›uo‹. [12]) So der C.; bei S. fehlt ›ac‹. [13]) C. extrane*as*. Doch ist das zweite ›a‹ in ›o‹ corrigirt. [14]) So der C.; S. deficit. [15]) So der C.; S. *egerimus*. [16]) So mit S.; C. ess*e* odi*o*. [17]) C. obse*cr*ationis indicium, A. obsec*u*tionis indicium, L. obsec*u*tionis i*u*dicium. ›Obseruatio‹, Rücksichtsvollheit, Achtung. [18]) C. cas*t*itatis. [19]) C. id*crr*co.

crimen, uerum et quae minima uidentur esse delicta, noui etiam testamenti definitionibus condemnari, manifesta probatione monstremus. Sed ne[1]) tam prolixae[2]) delectionis series[3]), tam[4]) testimoniorum numerosa congeries lectoris animum defatiget, conpendiosum nobis disputationis iter inueniendum est, paucarum sententiarum auctoritatibus est utendum, et illae tantum proferendae, quibus exigua animaduerti peccata censentur, ut ex minimorum condemnatione maiorum perspicuum esse possit supplicium. Quod ergo minimum putamus esse peccatum? Credo illud, quod, dum pro suae paruitatis despectione contempnitur, per neglegentiae uitium a nobis saepius exercetur[5]). Quod tamen illud est? Ego aliud, quod aut leuius, aut crebrius incurramus, non inuenio, quam aut otiosum sermonem dicere, aut fratrem quemlibet fatuum uocitare. Haec namque satis modica et exigua uidentur esse delicta. Nunc ergo, cuiusmodi supplicii censeantur, adtentius consideremus, ut ex inferiorum meritis, quae ampliorum[6]) sit mensura, noscamus. Dicam nempe de illo, qui otiosi sermonis reus est: *Pro omni sermone otioso, quemcunque dixerit homo, reddet de eo rationem in die iudicii*[7]). Quae extra iudicii examinationem[8]) culpa esse iam possit, penitus non inuenio, quandoquidem nec sermonis otiosi noxam inultam[9]) fore perscribitur. De illo autem, qui fratri suo stultitiae uitium exprobrauerit, quid censeat, audiamus: *Qui dixerit fratri suo: Fatue! reus erit gehennae ignis*[10]). Si igitur gehennae ignis reus erit, etiam qui fratrem suum fatuum[11]) sit locutus[12]), quod peccatum sit, quod[13]) extra gehennam esse possit, legentis arbitrio derelinquo. Ego interim ex minimis maiora perpendo et ex paruis ampliora conicio[14]), et nullam inpunitam culpam fore existimo, quando nec, quae[15]) leuiora existimantur, inulta reperiuntur; unde iam satis lucide manifesteque dinoscitur, quia aut, si gnari sunt, animi temeritate ducantur, aut, si ignari, inscientiae caecitate teneantur, qui post huiusmodi exempla solos infideles et inpios poenali asserunt iudicio subiugandos[16]). 2. Sed et illae apostolorum sententiae, non incredulos tantum, sed et aliorum delictorum reos[17]) perituros esse, desig-

[1]) C. und mit ihm S. ›nec‹. [2]) C. prolix*e*. [3]) So der C.; S. (Sed nec tam prolix*e*), *ne magis lec*tionis series. [4]) C. ›*qūā*‹. Das ›q‹ sieht wie in ›t‹ corrigirt aus, und ›u‹ ist cassirt, und mithin ›quam‹ in ›tam‹ verwandelt. [5]) C. exerce*re*tur. [6]) C. amplior*a*. [7]) Matth. 12, 36. [8]) C. examination*e*. [9]) C. nox*a* inult*a*. [10]) Matth. 5, 22, [11]) C. f*a*ctū (u über a). [12]) C. loc us (.tu übergeschrieben). [13]) C. qod (.sit. übergeschrieben). [14]) So mit S.; C. coni*uo*. [15]) C. quando*que* nec. [16]) So mit S.; der C. subiuga*fi*dos. [17]) C. ros (.e übergeschrieben) (›o‹, wie es scheint, aus ›a‹ corrigirt).

nant, quibus inter caetera illum, qui fratrem suum non diligit, manere in morte commemorant[1]), et fratris odio captum homicidae exemplum[2]) absque dubio[3]) testantur[4]), et uel ebriosum, uel auarum, uel iracundum, uel contentiosum, uel inuidum, uel cuiuscunque generis uitio a pacis uinculo dissidentem Dei regnum participare non posse determinant[5]).

XIII. 1. Sed ne, haec solis uerbis promissa esse, existimemus, et non ita, ut dicta sunt, perficienda pro nimia Dei benignitate, speremus, ueterum[6]) nobis ante ocula exempla ponamus, ut ex praeteritis saltim[7]) futura credamus. Meminisse debemus illos mortalium principes ob unius mandati praeuaricationem morte[8]) multatos, non quia deitatem concupissent, ut quidam inperite existimant, sed quia de fructu arborum[9]) manducassent, quod illis postmodum exprobratur a Deo. Nulla enim ratio concedit, ut minora eis tantum inputarentur, si maiora commiserant. Denique, quid ipsa[10]), quae ante transgressionem praemissa est, comminationis[11]) sententia[12]) [continetur[13])], bene[14]) consideremus. *Qua die,* inquit, *manducaueritis, morte moriemini*[15]). Non dixit: Qua die deitatem concupieritis, non enim actum est de qualitate peccati[16]), sed de transgressione mandati; quae, quamuis in quibusdam rebus minor esse uideatur, hoc ad leuiorem potest pertinere poenam, non ut inmunis a poena sit. 2. Multos alios nouimus ob cuiusque noxae singulare delictum et offendisse Deum et eius gratiam perdidisse et diuersis suppliciorum mortibus esse prostratos, ut Onan[17]), Iudae filius, quem ob fraterni seminis inuidiam diuina legimus animaduersione percussum[18]); ut Esau, qui propter lentis concupiscentiam et primatum[19]) perdidit et contraxit offensam[20]); ut Maria, quae eo, quod de sancto uiro Mose[21]) detraxisset, lepra perfusa est, a cuius contagione[22]) nunquam fuisset mundata, nisi ille pro ea, in quem peccauerat, exorasset[23]); ut filii Aaron, quos, quia alienum ignem obtulerant, flamma[24]) caelestis absumpsit, nec singularis culpae offensam sacerdotalis adimere dig-

[1]) 1 Joh. 3, 15. [2]) So mit S.; C. exemplo. [3]) So mit S.; C. *diuite.* [4]) 1 Joh. 3, 15. [5]) 1 Cor. 6, 9. 10. Gal. 6, 19 21. [6]) C. uerū. [7]) C. saltē, wie es scheint, mit in ›i‹ corrigirtem ›e‹. [8]) C. praeuaricatione*m*orte. [9]) C. und mit ihm S. ›*operum*‹. Arbori*s*? [10]) So nach dem C.; S. ›ips*am*‹ ohne ›*quid*‹, weil nachher das zu ›quid ipsa‹ gehörige Verbum im C. fehlt. [11]) So mit S.; C. commu*nic*ationis. [12]) So nach dem C.; S. ›sententi*am*‹ (s. ob. Anm. 10). [13]) Dieses Wort oder ein ähnliches ist hier ausgefallen. [14]) C. *t*ene. [15]) Gen. 2, 17. [16]) C. peccati*s* (ein durch das ›s‹ des folgenden ›sed‹ entstandener Fehler). [17]) C. *Au*nan. [18]) Gen. 38, 9. 10. [19]) C. primatus. [20]) Gen. 25, 29 ff. 27, 36 ff. [21]) So mit S.; der C. ›Mosi‹. [22]) So mit S.; C. contagi*nat*ione. [23]) Num. 12. [24]) C. flāme.

nitas ualuit[1]); ut ille, qui sabbato ligna collegerat, quique ob hoc factum perpetratum[2]) ictibus[3]) elisus occubuit[4]); ut Heli sacerdos, qui ob negligentem et minus seueram filiorum correptionem mortis supplicio iudicatus est[5]); ut Ionatham, Saulis[6]) filius, qui ob modicam mellis degustationem reus expositus est, quem delicti nec paruitas, nec ignorantia liberasset, nisi pro eo cunctus Israëlis[7]) populus exorasset[8]); ut Saul, qui eo, quod sibi quaedam de praeda seruauerat, tam regno, quam salute priuatus est[9]), nec potuit illum regalis honoris praerogatiua ab unius saltem culpae commissione saluare, quia in eius[10]) iudicio res gerebatur, in quo nullius potest excusabilis esse persona; ut Oza, qui propter arcae tactum, quam casurae metu deuote suscepit, letali plaga peremptus[11]) est, et peccantem nec religiosi saltim animi potuit excusare transgressio; et, ut addo[12]), ille homo Dei et propheta, qui eodem die, quo[13]) per Dei spiritum futura praecinuerat et multa admiranda[14]) fecerat signa uirtutum, quia cum indigno cibum sumpsit, saeuissimis leonis dentibus deputatus est[15]), nec potuerunt anteriorum uirtutum merita unius et leuioris culpae expiare peccatum; ut Iosaphat[16]), rex Iuda, qui ob amicitias[17]) praeuaricatoris[18]) Achab regis offendit [Deum[19])], cui per prophetam dicitur: *Inpiis praebes auxilium, et his, qui oderunt*[20]) *Dominum, amicitia*[21]) *iungeris*[22]). Longum est per omnes currere, quos ob singularis praeuaricationis culpam[23]) caelestem iram meruisse, cognoscimus, quorum exemplo nobis etiam cuiusque[24]) diuini praecepti[25]) pertimescenda transgressio est.

XIV. 1. Sed dicet quis: Qualis transgresio est, aut frustra irasci, aut mentiri, aut detrahere, aut iurare, aut uicem mali[26]) reddere, aut inimicum non diligere et caetera huiusmodi, quae humano iudicio leuia uidentur, quia semper et facile committuntur[27])? Ita

1) C. *uo*luit. — Lev. 10, 1. 2, nicht Num. 16, was S. citirt. 2) C. perpetra*r*um. 3) Ictibus *lapidum*? 4) Num. 15, 32—36 (fehlt bei S.). 5) 1 Sam. 2, 22—25. 29. 4, 18. 6) C. salis (›*v*‹ Corr.). 7) C. ›isr*al*‹ mit einem Strich durch den oberen Theil von ›l‹; S. Isr*aël*. 8) 1 Sam. 14, 27. 44 f. 9) 1 S. 15, 9. 23. 26–28. 1 Chr. 10, 13. 10) Man erwartet ›in *eo*‹ oder im folgenden Relativsatz ›in *cuius*‹. 11) Die Worte ›metu — peremptus‹ fehlen im Text und sind am Rande nachgetragen (›cepit‹ von ›suscepit‹ ist doch durch den Buchbinder abgeschnitten). 12) C. ado. 13) C. quo*d*. 14) C. muta atmiranda. 15) 1 Kg. 13. 16) C. Iosopha*d*. 17) C. ami*t*itias. 18) C. praeuaricat*ionis*. 19) S. ›*eum*‹. Im C. steht bloss ›offendit‹ ohne Object. 20) C. oder*a*nt. 21) C. ami*t*itia. 22) 2 Chr. 19, 2. 23) C. culp*a*. 24) So der C.; S. cuius*cun*que. 25) C. ›praecept*e*‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 26) Der C. uicem mal*o*, S. *in*uicem mal*um*. 27) C. *co*mittuntur.

fit, ut nonnunquam etiam maiora exerceantur, dum minora spernuntur. Sed scire debet, qui[1]) haec ut parua contempnit, quia[2]) nec pomum edere, nec sabbato ligna colligere, nec arcam contingere, nec cum indigno cibum capere et alia his similia pro magna debent praeuaricatione pensari[3]); transgressionis factum, et non ipsa transgressio cogitetur, nec praecepti magis qualitas, quam praeceptoris adtendatur auctoritas. Nolo, tantum consideres, quid[4]) praeceptum[5]) sit, sed a quo praeceptum sit, nec quale[6]) sit mandatum, quod pro nihilo iudicas spernendum esse, sed cuius sit, omnipotentis Dei scilicet, qui se in praeceptorum suorum qualitate aut honorari dicit[7]), aut pro nihilo conputari. Sicut ipse testatur: *Qui honorificant me,* inquit, *honorificabo eos, et qui pro nihilo habent me, ad nihilum*[8]) *redigentur*[9]). 2. Et ne[10]), nudam ac uacuam fidem absque mandatorum obseruantia sufficere posse, existimemus, meminisse nos conueuit, omnes illos, quos superius dinumerauimus, fideles fuisse, nec ullius incredulitatis[11]), sed solius praeuaricationis contemplatione prostratos. 3. Et ne[12]), hoc tantum sub priore[13]) testamento fuisse, credamus, et, malae intellegentiae peruersitate seducti, in hoc illud per euangelicae doctrinae innouationem adinpletum esse arbitremur, ut peccare nobis liberius liceat, recordari expedit, Ananiam[14]) et Saphiram[15]) ob id, quod partem quandam pecuniae propriae subtraxerant[16]), apostoli iudicio morte dampnatos. Quibus si inulta non cessit propriae, ut ita dixerim, constitutionis praeuaricatio (ipsi enim eius rei possessionem inlicitam fecerant, Deo eam pollicendo, quam licitam habuerant, si promittere noluissent), quid de illis sentiendum, qui alicuius mandati dominici praeuaricatores extiterint? Si enim inultum non fuit, quod et aliquando licuit et licere semper potuit et, ne postmodum liceret, uoluntas propria fecit, quomodo illud, quod nunquam licuit, et quod diuinae prohibitum est auctoritate censurae, inpunitum esse credendum est? Argumentetur quis, ut potuerit[17]), et, quantum libet, mentis suae tendat ingenium, ut huius delicti culpam exaggeret, nunquam uero ueritatis ratio sinet, ut grauior praeuaricatio[18]) esse uideatur humani

[1]) C. qui*a*. [2]) So der C.; S. qu*od*. [3]) C. »pensar*e*« mit einem Strich (i) durch »e«. [4]) C. qui*c*. [5]) C. ptū (über »ptū« steht, wie es scheint, mit ganz kleiner Schrift »cep«; »prae« fehlt). [6]) C. qual*is* (der ziemlich grosse Punkt mit schwarzer Dinte). [7]) So der C.; S. d*u*cit. [8]) C. nihil*o*. [9]) 1 Sam. 2, 30. Das Citat lautet ganz wie bei Gildas (s. Sab. z. St.) [10]) C. ete (n. über dem ersten e). [11]) C. »incredulitat*es*« mit einem Strich (i) durch »e«. [12]) »Ne« fehlt im C. [13]) C. su*pp*riore. [14]) C. A*nna*niam. [15]) C. Sa*ff*iram. [16]) C. subtraxerat (*n.* über dem a). [17]) C. p*u*ta*u*erit. [18]) C. p̄ caricatio (u über dem c) (»u« mit schwärzerer Dinte).

propositi, quam caelestis inperii. 4. Neque omnibus superius conprehensis Deo cariores sumus, ut nobis tantum inpune cedere existimemus, si aliqua eorum similia commiserimus, quae in illis seuerius uindicata cognoscimus. Quin potius eo[1]) magis formidare debemus, quod nos longe eis deteriores esse sentimus, absque ambiguitate intellegentes, quod minus dilectis[2]) non parcet, qui satis familiaribus non pepercit. 5. Aucta est enim, ut saepe diximus, per Christi aduentum disciplina iustitiae, non minuta, quia non uenit legem soluere, sed adinplere. Neque enim leuioris, quin potius amplioris poenae reus noui testamenti praeuaricator, quam ueteris esse credendus est, eo quod grauius sit, quae per filium, quam quae per[3]) famulum fuerint inperata[4]), contempnere. Sed ne hoc ambigi possit, quid de talibus sentiendum sit, apostolum interrogemus. Ipse enim dicit: *Irritam quis faciens*[5]) *legem Moysi absque ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur. Quanto*[6]) *magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit? Scimus enim, qui dixit*[7]): *Mihi uindictam, et ego reddam, dicit Dominus. Et alibi*[8]): *Quoniam iudicabit*[9]) *Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis*[10]). Et deinceps: *Si enim illi non fugerunt, recusantes super terram loquentem sibi, quanto magis nos, qui a caelis loquentem*[11]) *nobis auertimus*[12]). Ex quibus ostenditur, gratiae magis transgressionem pertimescendam esse, quam legis. Quod illius sententiae auctoritate firmatur, qua[13]) Dominus non modo mali[14]) aliquid exercentes, uerum etiam boni nihil operantes perpetui ignis reos fore testatus est, dicens: *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. Esuriui enim, et non dedistis mihi manducare, sitiui, et non potastis me* et caetera[15]), quae eum non infidelibus, sed peccatoribus dixisse, satis constat, eo quod nullam eis incredulitatis inpietatem exprobrauerit, cum, ut superius commemoratum est, penitus non conueniat, ut minora tantum peccata his, qui maiora gesserint, exprobrentur, et quod inpii in iudicio resurgere denegentur, scriptura dicente: *Quia*

q:
1) C. und mit ihm S. *eos*. 2) C. delictis. 3) C. qñper. 4) C. fuer*it* īperata. 5) C. *Irritam qui faciens*; S. *Irritam qui fecerit*. ›*Irritam quis faciens*‹
n
hat Vulg. (Gr. Ἀθετήσας τις). 6) C. quato. 7) C. *dix̃*; S. *dixerit*. Sowohl It. als Vulg. haben ›dix*it*‹. 8) It. Vulg. *iterum* (παλιν). 9) C. *iudicauit*. 10) Hebr. 10, 28—31. Deut. 17, 6. 32, 35. 36. 11) C. *loquetem*. 12) Hebr. 12, 25. 13) C. qu*ia*. 14) So der C.; bei S. (A. und L.) fehlt ›mali‹. 15) Matth. 25, 41 ff.

non resurgunt inpii in iudicio[1]). Inpios autem esse incredulos, quis nisi inperitus ignoret?

XV. 1. Sed ipse ignis aeternus est, inquies, non eius poena perpetua. Bene est, quod hoc huius humanae fraudulentiae argumentum praecognitor omnium Dominus ante prospexit, et, nihil magis gesturos homines, quam ut[2]) scripturae intellegentiam[3]) secundum uoluntatis propriae desideria temperarent, diuinitatis suae maiestate praesciuit. Et idcirco in sequentibus dicit: *Tunc ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam*[4]). Non credendum est, eos perpetui ignis supplicia passuros, si qua ratio permiserit, ut sit aliquod aeternum supplicium absque eo, cuius uidetur esse supplicium . . . .[5]). Sane et illud diligentius perscrutandum, quid causae fuerit, quod hic Dominus non supplicii[6]) longinquitatem, sed ignis aeternitatem intimarit[7]), quasi hoc in loco non de[8]) poenae acerbitate, sed de ignis natura tractauerit, et scientiam magis insinuare uoluerit, quam timorem[9]). . . . . aut si haec non tam scientiae, quam pauoris causa locutus est, per quem a[10]) suis humanum genus retrahere iniquitatibus gestiebat, de supplicii infinitate, non de otiaturi[11]) ignis aeternitate eum dixisse credendum est[12]), quia [ubi[13])] nullus metus [ibi nulla causa[13])] sit, eius rei perpetuitatem, quam non timeas, nosse. Dicit enim et alibi: *Si te scandalizauerit manus tua, abscide*[14]) *eam et proice abs te; melius est enim debilem introire in uitam, quam duas manus habentem mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur*[15]). Quid et hic dicendum est? Quod scire nos tantum optauerit, si deliquerimus, uermes nostros inmortales fore et inextinguibilem[16]) ignem, non quod[17]) nobis inmortalium uermium et flammae inextinguibilis indesinens et indeficiens esset poena metuenda? [Sine dubio non illud tantum[18])], sed hoc, quia[19]) aliter illud [Domini dictum[20])] intellegi

[1]) Ps. 1, 5. [2]) ›Ut‹ fehlt im C. (schon von S. ergänzt). [3]) C. intel*lenti*ã. [4]) Matth. 25, 46. [5]) Da sich das Folgenden nicht auf Matth. 25, 46, sondern 41 (*Discedite — in ignem aeternum*) zurückbezieht, so muss vor ihm Einiges ausgefallen sein, worin der Verf. diese St. gegen den Gegner angeführt hat. [6]) C. suppli*cium*. [7]) So der C.; S. intimar*e*t. [8]) ›De‹ fehlt im C. [9]) Das Fehlen der Antwort auf die in ›Sane — timorem‹ aufgestellte Frage und der Mangel an Zusammenhang zwischen diesen Worten und den Worten ›aut — credendum est‹ verlangen, dass zwischen ›timorem‹ und ›aut‹ Mehreres ausgefallen ist. [10]) Im C. fehlt ›a‹. [11]) So der C. (*ñd eoti*aturi); S. hat ›otiaturi‹, was er nicht verstanden, in das unpassende ›*dur*aturi‹ verwandelt. [12]) ›Est‹, was der C. hat, fehlt bei S. [13]) Worte, wie diese, scheinen hier ausgefallen sein zu müssen. [14]) So der C.; S. *abscinde*. [15]) Marc. 9, 43. 44. [16]) C. in.extinguibilem. [17]) Der C. ›quo‹, was S. beibehalten hat. [18]) Worte, wie diese, müssen hier ausgefallen sein. [19]) C. quod. [20]) Worte,

adiectio illa non patitur, qua additum est: *uermis eorum et ignis eorum*, *Eorum* enim cum dicitur, ad cruciatus perpetuitatem, [id, quod dicitur, pertinere[1])] significatur[2]), quam quidem[3]) perpetuitatem cum suis necesse est permanere damnatis; aut, si aliquando extra illam erunt, nec eorum esse credenda est, et tam[4]) uermium illis[5]) excesio morietur, quam ardoris illos poena deficiet, et illud falsum dictum esse uidebitur: *uermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur*, quod, ad poenae perpetuitatem pertinere, intellegi necesse est. Quae igitur poenae perpetuitas est, si unquam poena ipsa cessabit? Sed sibi tantum, inquies, non etiam illis, quibus promissum est, tam ignis, quam uermium natura durabit. Sed illis durare promissum est. Non enim dixit: *Uermis* non morietur, et *ignis* non extinguetur, sed uermis *eorum* et ignis *eorum*. Necesse est enim, semper illos[6]) priuata, ut ita dixerim, in possessione esse[7]), et inmortale et inextinguibile eorum fore promissum[8]).

XVI. 1. Sed haec, dicis, et multa alia huiusmodi[9]) terroris causa dicta intellegenda sunt, non tamen ita se habere credenda[10]). Iam ergo nec terror erit, si terroris fides defuerit. Tamdiu enim cuiuscunque formidolosae rei negotium pertimescitur[11]), quamdiu pro certo[12]) creditur, quod timetur, ut, ubi timoris fides defuerit, timorem[13]) quoque ipsum desinere necesse est, quia nemo tam brutus est, qui id, quod non credendum sciat, esse censeat perhorrendum. 2. Sed illud inquiro[14]), utrum nesciri, an non, uoluerit Deus[15]), quod hoc non tam ueritatis, quam solius dixisset causa pauoris. Credo, nesciri. Neque enim[16]) fieri potest, ut, quod terroris causa, ut dicitur, finxerat, qua causa finxisset, scire uellet, cum tamdiu [modo[17])] hoc timere possis, quamdiu[18]), ita esse, scire non possis. Unde ergo tibi eius rei scientia[19]), quam secundum te Deus uoluit ignorari? 3. Accipe et aliud. Certe ob bonae beataeque uitae profectum huius comminationis sententiam formidari Deus uoluit, et

wie diese, sind wohl hier ausgefallen. [1]) Diese oder ähnliche Worte müssen hier ausgefallen sein. S. hat bloss ›pertinere‹ ergänzt (significatur pertinere). [2]) C. *sinificatur*. [3]) So mit S.; der C. ›quam*que*‹. [4]) C. tã; S. falsch ›*tamen*‹. [5]) C. illo*s*. [6]) C. ill*is*. [7]) So mit S.; im C. ist ›esse‹ an eine falsche Stelle, zwischen ›inextinguibile‹ und ›eorum‹, gekommen. [8]) C. promissum *est*. [9]) C. huiusmo*d*. [10]) So mit S.; C. p̃tenda. [11]) C. pertim*i*escitur. [12]) C. cert*e*. [13]) C. *im*morem. [14]) C. inq*i*ro. [15]) C. D*ominus*. [16]) Der C. und mit ihm S. ›*Nam*que‹ ohne ›enim‹. [17]) Dieses Wort oder ›tantum‹ scheint hier ausgefallen zu sein. [18]) Zwischen ›quamdiu‹ und ›ita esse‹ steht im C. ›ut dicitur‹. Diese, hier ganz unpassenden Worte, sind, wie kaum zu bezweifeln, aus dem vorangehenden ›ut dicitur‹ in den Text gekommen. [19]) C. scienti*a*.

tamdiu erat[1]) profectus futurus, quamdiu eius rei, quam timeri decreuerat, ueritatis inscientia[2]) perdurasset, qua[3]) cessante, cessaturus esset et pauor. Pauore uero deficiente, ipsum etiam necesse erat cessare occultum profectum, cuius tam pauor causa erat, quam causa pauoris inscitia[4]). Quisque ergo huius occultandae rei utilem ignorantiam et nequaquam ob profectum humani generis reuelandam prodere ac[5]) promulgare uoluerit, tam contra Dei uoluntatem, quam contra omnium incolomitatem[6]) fecisse credendus est, et non[7]) minus rebellis Deo habendus, quam humanae inuidus saluti, quia et diuini consilii decretum propalauerit, et nihil iam prodesse hominibus fecerit, quod, ut prodesset, non fuit publicandum. Et, ut manifestius, quod dico, faciam, alicuius conparationis utar exemplo. Fingamus, patrem aliquem teneriore affectu[8]) filium diligentem et ob profectus sui causam terribilia eidem saepe minantem, ut iuuenalis[9]) saltim formidare animus conpellatur, quod nimia[10]) dilectionis uis inrogare non patitur. Et si quispiam, cui magis erga iuuenem paternus claruerit affectus, ingruat[11]) et dicat: Tu patris tui minas uereris[12]) et putas, eum illius esse crudelitatis atque duritiae, ut illa tibi audeat, quae comminatur, inferre. Absit! Vereri te, nolo. Haec solius terroris causa loquitur, non, quia eius inrogare pietas audeat, quod timere, non etiam perferre te patitur. Nonne huiusmodi hominem, qui[13]) profecturi timorem[14]) et reuerentiam[15]) pariter auferat[16]) et profectum, tam[17]) patri quam filio obfuisse censebimus, dum et illius[18]) consilium prodidit et huius animum a necessarii pauoris reddidit[19]) anxietate securum? Ita et ii[20]) mihi uidentur tam Deo quam hominibus aduersari, qui dicunt, hoc terroris tantum et profectus causa dictum esse, quod dum, qua ratione dictum sit, indicant, nec[21]) timeri iam faciunt, nec prodesse; quia, ut saepius memorauimus, tamdiu per illud proficitur, quamdiu timetur, tamdiu timetur, quamdiu ignoratur, at ubi ignorari desierit, desinit et timeri, et ubi iam timeri, etiam prodesse desistet[22]). Et necesse est, ut huius secreti proditor Dei habeatur inimicus, qui inane atque inutile effecerit, quod ille ad omnium uidetur constituisse profectum. 4.

[1]) C. er'*a*. [2]) So der C.; S. insc*iti*a. [3]) C. qu*ae*. [4]) C. insctia (i übergeschrieben). Insci*en*tia? [5]) C. a*d*. [6]) C. st. incol*u*mitatem. [7]) Im C. fehlt »non«. [8]) C. teneriorē a*f*ectu. [9]) So der C.; S. inuen*i*lis. [10]) C. quod nimi*na*; S. qu*ae* *omn*ia. [11]) So mit S.; C. in*t*ruat. Ins*t*ruat *cum*? [12]) So richtig S.; C. *minaberis*. [13]) Im C. fehlt »qui«. [14]) C. und mit ihm S. timor*is*. [15]) C. reuer*an*ti*a*. [16]) C. anf*u*er*a* (t. übergeschrieben). [17]) C. und mit ihm S. *et* tam. [18]) So mit S.; C. ill*e* *e*ius. [19]) C. re*d*i*d*it. [20]) C. *h*i. [21]) C. sit nec (»*indicant*.« mit kleiner Schrift). [22]) C. *si*stet.

Illud etiam sciscitandum, per quem reuelatum[1]) in humanam notitiam uenerit, quod Deus uoluit ignorari; per ipsum enim nec credi, nec dici[2]) est[3]), etiamsi ita esset, ne sibi ipse uideatur esse contrarius. Et si hoc non Deus, nullus alius potuit, nisi ille confingere, qui in ipso statim mundi exordio primis hominibus timorem[4]) abstulit, dum se illis diuinum consilium prodere posse mentitus est. Non quia uere diuinorum esset conscius arcanorum, sed ut male simplices et nouellos et suae etiamnunc calliditatis expertes fallendo seduceret et seducendo deciperet, ut sibi magis quam Deo[5]) credendum iudicarent. Quid enim dixerat Deus? *De ligno, quod est in medio paradiso non edetis; qua die autem ederitis, morte moriemini*[6]). E contrario ille: *Non morte*, inquit, *moriemini*; *sciebat enim Deus, quia*[7]), *qua die edetis*[8]), *aperientur oculi uestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum*[9]). O humanae peruersitatis uitium, fidem illis facile semper adcommodans[10]), quae cum desideriorum concordare perspexerit uoluntate, nec deliberare quidem solita[11]), ne illa forsitan credulitatis occasio, quae desiderio fraudulenter adridet, saluti contraria sit, et ea multo salubrior inueniatur, cuius causa uidetur asperior. Procliuius enim pro corporalium cupiditate uoluptatum etiam diaboli sermonibus creditur, quam contra eorundem oblectationem diuinis fides[12]) determinationibus exhibetur. Nihil est enim, quod quis citius possit credere, quam quod credere etiam concupiscit, nec usquam[13]) pronior fides est, quam, cum illud credendum adseritur, quod damnatur adsertum. Unde et pro concupiscibilis escae desiderio facilius Eua serpenti, quam Deo credidit, et Adam fidem muliebri suasioni, quam dominicae sententiae commodauit. 5. Sed ne haec[14]) illis tantummodo euenisse existimemus, et[15]) nos nunc ab eius, seductoris[16]), insidiis securos esse credamus! praesertim cum scriptum sit: *Sobrii estote, uigilate*[17]), *quia aduersarius uester*[18]), *diabolus, sicut leo rugiens circuit, quaerens, quem deuoret*[19]). Non ergo debemus nos somno[20]) inertiaeque committere, nec, tanquam[21]) quibus nullius aduersitatis causa metuenda sit, ignauiae stupore torpere. Adhuc enim antiqui serpentis malitia uiget, adhuc diabolus

[1]) C. reuelat*o*. [2]) C. *di*. [3]) *Fas* est? Doch unnöthig. [4]) C. timor*e*. [5]) C. d*o*. [6]) Gen. 2, 17. [7]) So der C.; S. qu*od*. [8]) So der C. Ede*r*itis? [9]) Gen. 3, 4. 5. [10]) C. adcommoda*tus*. [11]) C. und mit ihm S. ›solita *est*‹. Der Verf. denkt bei ›solita‹ an ›peruersitas‹. [12]) C. diuinis: *fides*. [13]) So der C. U*n*quam? [14]) So der C. (Aber dass wir nicht, aber lasst uns nicht); S. aus Unkenntniss ›Sed *nec*‹ und nachher ›nec‹ st. ›et‹. [15]) So der C.; S. *nec*. [16]) So der C. ›Seduct*ion*is? [17]) So der C.; S. *et uigilate*. [18]) C. u*r̃t*. [19]) 1 Pet. 5, 8. [20]) So mit S.; C. om*n*ino. [21]) Durch das ›t‹ von ›tanquam‹ ist im C. ein Strich gezogen.

isto grassatur in mundo, adhuc hodie omnis anima similis Euae seducitur, et muliebri fallacia incautus Adam per letalis cibi oblectationem consensus facilitate prosternitur. Semper enim diabolus, mentibus nostris quiescentibus, uigilat. Nescio, quid non dormientibus faciat, qui uigilantibus nonnunquam[1]) subtiliter et latenter obre-pit. Nam et in eo[2]), quo[3]) adseritur, non ueritatis, sed terroris causa aeterni ignis supplicium peccatoribus comminatum, ueteris hostis perpendo uersutiam et priscae[4]) calliditatis nequitiam recognosco. Hoc ipsum enim priori eius compar actioni[5]). Et[6]) uide, si non ipse quosdam homines, rudes[7]) ac simplices[8]) animas, nunc circumuenire temptat[9]) et perdere, qui Euam quondam in serpente seduxerat. Quotiescunque enim ad euacuandam Dei definitionem huiuscemodi praedicationem audio, toties antiqui serpentis sibilum recognosco. Qui enim modo dicit: Non aeternae poenae[10]) mancipaberis, misericors Deus est, dixit quidem haec, sed causa terroris, sciebat enim, uos difficile posse delinquere[11]), quamdiu tam grauis supplicii metus uestris mentibus inhaereret[12]), et ipsum[13]) esse intellego, qui aliquando dixit: *Non morte*[14]) *moriemini; sciebat enim Deus, quia, quacumque die manducaueritis, aperientur oculi uestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum*[15]). Quis enim nunc Deo obtrectare[16]) auderet, nisi qui ab initio fecit? Quis ueritatem[17]) fallaciae titulo infamare, nisi qui hoc ante iam gesserat? 6. Nihil unquam diabolus magis agere temptauit, quam ut aut se Deo, aut sibi Deum in aliquo similem fingeret[18]), sicut hoc in loco deprehenditur. Quia ipse mendax est, humanis mentibus Deum quoque uult persuadere mendacem. Sed nos, qui Deum non ueracem tantum, sed ueritatem ipsam esse cognouimus et cognoscendo credimus, et mendacem solum ab exordio diabolum dominicae uocis[19]) protestatione didicimus, et, nihil illi cum Deo commune esse, non ambigua opinione sentimus, diuinis sententiis fidem in omnibus commodemus, nec aliud nobis, quam promittunt, euenturum esse, creda-

[1]) C. ñnoquã (v über o). [2]) C. und mit ihm S. *ideo*. [3]) So der C. (q mit o darüber); S. quo*d*. [4]) Perpend*endo* versutiam priscae? [5]) So mit S.; C. asioni. ›*Su*asioni‹ liegt ferner. [6]) So der C.; S. hat ›Et‹ in ›est‹ corrigirt und dies zu ›actioni‹ gezogen (actioni *est*). [7]) C. rude's. [8]) Im C. folgt auf ›homines‹ ›ac si‹. Offenbar das auf ›rudes‹ folgende ›ac‹ und das ›si‹ von ›*s*implices‹. Der Schreiber wollte aus Versehen ›ac simplices‹ gleich auf ›homines‹ folgen lassen, sah aber alsbald seinen Irrthum ein und schrieb ›simplices‹ nicht aus, liess aber dann ›ac si‹ stehen. S. hat ›ac si‹ beibehalten. [9]) C. t*ep*tat. [10]) So mit S.; C. aetern*a* poen*a*. [11]) C. de*r*elinquere. [12]) C. ine*r*er*e*. [13]) Bloss ›ipsum‹? oder ›hunc ipsum‹? [14]) C. *mortē*. [15]) Gen. 3, 4. 5. [16]) So der C.; S. *de*trectare. [17]) C. ueritat*e*. [18]) C. fi*g*eret. [19]) C. uocē. — Joh. 8, 44.

mus, illius[1]) definitionis memores, quoniam Deus ueritas est[2]). Nullam enim procedere potest ex ueritatis natura mendacium, apostolo etiam contestante: *Quoniam omne mendacium ex ueritate non est*[3]). Piaculum est enim diuinis fidem promissionibus abnuere et in ueritatis parente falsitatis inesse aliquid arbitrari. Misericors est enim Deus, quis nisi profanus hoc dubitet? sed et uerax est. Tene eum[4]) misericordem, sed esse et ueracem[5]). Memento namque illius[6]) scripturae[7]), quae peccatoribus, ne in praesenti obstinatione peccandi abuti uellent, medicamine poenitendi misericordem Deum saepe profitetur. Eadem rursum, ne tibi[8]), de sola benignitatis pietate confidens, absque fine peccati ueniam praesumeres indulgendi, ueracem Deum[9]) crebrius protestatur; sicut ibi: *Et tu, Domine Deus, miserator et misericors, patiens et multum misericors*[10]) *et uerax*[11]). Si credis illud, quod misericors Deus, crede, quod et uerax. Misericors enim[12]), dum condigna peccatis poenitentiae[13]) opera exercentibus ueniam tribuit, uerax, dum in[14]) peccatorum suorum iniquitate[15]) durantibus non aliud, quam pollicitus est, exhibebit. 7. Sed nos, ut etiam superius memini, illis tantum, quae uoluntati nostrae praebere uidentur adsensum, cito credimus, illis uero, quae contra desideriorum nostrorum cupiditatem[16]) ueniunt, difficile fidem[17]) commodamus. Qua de re alibi scriptura testatur, et dicit: *Fili, peccasti*[18]); *ne adicias iterum, sed et de pristinis*[19]) *deprecare, ut tibi remittantur*[20]). *De propitiatione peccatorum noli sine metu esse, et non adicias peccatum super peccatum, et dicas: Miseratio Dei magna est; multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab ipso est, et in peccatores respicit ira eius*[21]). Miseratio enim Dei[22]) non ad hoc esse credenda est, ut securius liberiusque[23]) peccemus, sed ut, poenitentes, ueniam consequamur.

1) So mit S. Der C., wohl durch Einfluss des ›enim‹ im Folgenden, ›illins *enim*‹. 2) Vgl. 1 Joh. 1, 5. 3) 1 Joh. 2, 21. 4) So mit S.; der C. Ten*is* e*nim*. 5) C. bloss ›racem‹. 6) C. ›ill*as*‹ mit einem ganz schwachen ›*iu*‹ darüber als Corr. 7) C., wie es scheint, ›scriptur*a*‹. 8) So der C.; S. ›*tu*‹. 9) So der C. (dm̃); S. d*ominu*m. 10) Der C. *multū misericordiae*; S. *multae misericordiae*. S. Sab. z. St. 11) Ps. 86, 15. 12) S. enim *est*. ›*Est*‹ steht nicht im C. 13) C. poenitenti*a*. 14) ›In‹, was der C. hat, fehlt bei S. 15) C. in$\overset{i}{q}$tate. 16) C. cupi*date*. 17) ›Fidem‹ ist im C. ausgefallen. Schon S. hat es hinzugefügt. 18) C. *peccatis*. 19) Die Worte ›*sed et de pristinis*‹ sind im Texte ausgefallen, aber am Rande vom Schreiber nachgetragen. Derselbe hat doch hier zu ›*pristinis*‹ mittelst Einfluss des Vorangehenden ›ne adicias *iterum*‹ noch ›*iterum*‹ hinzugefügt. Ich habe es als unpassend und in It.- Vulg. fehlend ausgelassen. S. hat es beibehalten. Dagegen hat er ›et‹ nach ›sed‹ ausgelassen. 20) Sir. 21, 1. 21) Sir. 5, 5—7. 22) C. dē mit einem Strich (i) durch ›e‹. 23) So

Peccamus enim etiam de ipsa male sentiendo, et uerendum est, ne eam iam consequi non mereamur, si eius patrocinio non tam poenitendi remediis, quam delinquendi solatiis abutamur, et malae intellegentiae nostrae uitio, quae causa iustitiae est, efficiatur causa peccati. Sed ne eam, quisque consequi in praesenti dissimulasset, percipere se in futuro[1]) speraret, loquitur scriptura diuina: *Ante mortem benefac amico tuo, et, secundum uires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis*[2]) *a die bono, et particula boni doni*[3]) *non te praetereat. Nonne aliis relinques*[4]) *labores et dolores tuos in commutatione*[5]) *sortis? Da et accipe, et iustifica*[6]) *animam tuam. Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos quaerere cibum*[7]). Hoc et alibi Dominus per prophetam euidentius protestatur, dicens: *Neque enim, qui apud inferos sunt, laudabunt te, neque, qui mortui sunt, benedicent te*[8]), *neque sperabunt, qui in inferno sunt, misericordiam tuam*[9]).

XVII. 1. Sed haec ardua nimis et difficilis et acerba[10]) doctrina est et quae plurimorum[11]) animos exasperet et in desperationem redigat audientes, quasi non melior illa desperatio sit, per cuius terrorem certa spes possidetur, quam illa spes, per cuius fallaciam[12]) uerae spei fructus amittitur. Multo utilior[13]) desperatio, quae spem praestat, quam spes, quae desperationem ministrat. Peritiorem et clementiorem medicum puto, qui letali[14]) aegros morbo laborantes per ueritatis denunciationem terret, ut curet, quam qui per nimiam adulationem, dum[15]) fallaciter blanditur, occidit. Certa enim nobis spes, non falsa sectanda est. 2. Hinc illud est, unde pluribus displicent, quorum tam doctrina districta[16]) est, hinc etiam a paucis diliguntur, hinc eorum tanti sunt amatores, quanti ueritatis atque iustitiae uidentur esse fautores, quia fallere quempiam nolunt[17]), quia mentiri cuiquam non audent, quia personas non accipiunt, quia ueritatis causa[18]) nemini parcunt, quia auditorum animas minime falsa uidentur adulatione decipere[19]), quia non pro certa spe pollicentur incertam, quia malunt, se propter ueritatem ab omnibus

mit S.; der C. »securius liberius« (I über r, ^ über s). [1]) C. futoro (v über o). Man erwartet »percepturum esse« etc. [2]) C. defraude*frauderis*. [3]) So der C.; S. *bonae diei*. [4]) C. *relinquens*. [5]) So der C.; It.-Vulg. *diuisione*. [6]) Statt »*iustifica*« schrieb der Schreiber erst »insti*tia*«, corrigirte dies aber dann. [7]) Sir. 14, 13—17. [8]) C. *benedicente*. [9]) Jes. 38, 18. — Das Citat ist im Texte ausgelassen, aber am Rande nachgetragen. [10]) C. acer*ua*. [11]) C. und mit ihm S. *paruulorum*. [12]) C. fallaci*a*. [13]) S. fügt »est« hinzu, was der C. nicht hat. [14]) C. let*h*ali*a*. [15]) C. ›dum‹. [16]) »Districtus« Nebenform von »destrictus«, scharf, streng. [17]) C. nolui*t* (n über i). [18]) C. caus*ā*. [19]) So mit S.; C. *per*cipere.

exosos haberi, quam propter fallaciam diligi, quia simulare non uolunt, quia nec sibi quidem ipsis parcunt, quia nec passim[1] aut iracundis, aut inuidis, aut crudelibus, aut temulentis, aut cupidis, aut rapacibus, aut auaris, aut periuris, aut fraudulentis, aut fornicatoribus, aut superbis, aut luxuriosis, aut turpibus, aut quibuscumque uitiorum sordibus squalentibus caelorum regna promittunt, quia sanctum spiritum non inter huiusmodi flagitia uerborum fallacia collocant, quia dicunt, indignos esse habitatione Dei, qui sint templa peccati, et sancti habitatoris sanctum debere esse habitaculum, quia membra Christi negant esse membra peccati, quia non nisi sanctos, humiles, pudicos, sobrios, simplices, innocentes et pios cum Deo futuros[2] esse confirmant, quia caeleste et diuinum illud habitaculum, aeterni regis aulam, non qualescumque homines ingressuros asserunt. Moyses inquinatis tantum calciamentis[3] in sancta terra arcetur, et quidam se caelum calcare existimant corde polluto. Huius igitur doctrinae causa paucos amicos conquirunt, sed plures inimicos. Necesse est enim, eos, qui peccatorum uitia condempnant, tantos habere contrarios, quantos exercere uitia delectat. Inde est etiam, quod iniquis et inpiis factionibus opprimuntur, quod criminibus falsis appetuntur, quod haeresis etiam perfunduntur infamia, quod[4] omnis paene[5] inimicorum suorum sermo ab ipsorum sumit[6] obtrectatione materiam. Sed quid[7] mirum, ut flagitiosis haeresis uideatur doctrina iustitiae? cuius[8] tamen haeresis ipsorum secretum patet tantum inimicis, cum, si fides dictis inesset, amici[9] illud potius scire potuissent[10]. Sint plane haeretici, si hoc credibile esse uel ipsis aduersariis potest, ut quis sensum[11] suum [celet] proximos[12] et pandat extraneis, et arcanorum suorum inimicos potius uellet esse conscios, quam celaturos[13] amicos. Sed ut paulo ante iam diximus, ideo huiuscemodi criminationibus infamantur, quia simpliciter ac pure, absque ullius fuco fallaciae, quid ueritatis fides habeat, dicunt, freti, in hoc saltim sibi medelae aliquid conferendum, quo[14] nequaquam

1) C. passĩ *im.* 2) C. *fac*turos. 3) Der Schreiber schrieb ursprünglich »calciament*a*«, corrigirte dies aber dann in »calciament*is*«. 4) C. q$\overset{v}{o}$*os*; S. quo*d* *hic*. 5) So der C. (pęne); bei S. fehlt das Wort. 6) C. *sūpto*; schon S. hat »sumit«. 7) C. $\overset{i}{q}$*t*. 8) C. und mit ihm S. »*q*ui*b*us. 9) C. am$\overset{ci}{i}$ (»ci« mit schwachen Buchstaben über der Zeile nachgetragen). 10) C. p*u*tuissent. 11) C. $\overset{i}{q}$sensum; S. falsch »qu*i* sensum«. Das »s« soll zugleich der Schlussbuchstab von »quis« und der Anfangsbuchstab von »sensum« sein. 12) So mit L.; C. und mit ihm A. »proxim*is*« ohne »celet«. *Abscondat* proxim*is*? 13) C. celat$\overset{v}{o}$ros (»ato« sieht fast wie durchstrichen aus). 14) So

iustitiae integritatem formidanter abscondant, eo quod, grauissimum apud Deum[1]) esse, intellegant aliud uerbis, quam conscientia nouerit, promere et alicuius hypocrisis simulare mendacium.

XVIII. 1. Sed istaec[2]) apud homines ualeant, quorum ultra pertingere scientia non potest, quam membrorum sensualium sufficit[3]) natura cognoscere, quibus suaderi perfacile est, hoc esse, quod non est, dum quod[4]) est, nequeunt peruidere. Quid faciemus, dum[5]) ille aduenerit dies, cum, adstantibus angelis, archangelis, potestatibus et caeteris caelestis militiae turbis[6]), consistentibus ante filii[7]) Dei tribunal, omnium occulta pandenda sunt et uniuersorum etiam cordium secreta reuelanda, cum uniuscuiusque actus conscientia magis quam sermo testabitur, quo, celari[8]) iam iniustitiam[9]), non licebit[10]), quo simulari sanctitas ultra non poterit, quo quis non tam sua prodet gesta, quam ab his prodetur ipse, quae gesserit? 2. Quid respondebimus dicenti nobis: Ego uos, hoc est humanum genus, ad hoc in primordio de terrae limo secundum imaginis meae similitudinem inmensae bonitatis dignatione formaueram, ut me per omnia, quae ad iustitiae opera pertinent, sequeremini, et essetis Deo similes moribus, quamuis dissimiles uideremini[11]) esse natura, talemque substantiae uestrae qualitatem institui, quae et intellegere posset et facere, quod uolebat, ne qua uobis uel stoliditatis, uel[12]) inpossibilitatis excusatio remaneret. Et, cum uos rationabilitatis et intellectus perspicuitate donata semper[13]) quam [facillime[14])] possetis et bonorum uirtutes cognoscendo facere et accidentium malorum uitia intellegendo uitare, nihilominus tamen legem uobis insuper dedi et, quae custodire deberetis mandatorum praecepta, oris mei sermone dictaui et conscribi per libros litterarum apicibus[15]) inperaui, ut oculorum etiam et aurium[16]) sensibus per scripturarum caelestium suggestionem[17]) traderetur extrinsecus, quod natura intrinsecus possidebat, et conscientiae sensui litterarum etiam contestatio adderetur admonitrix. Nec his satis fuit. Prophetas uobis sancti spiritus gratia repletos[18]) diuersa temporum intercapedine destinaui, qui[19]) uos et signorum uirtutibus et diuinis uaticinationibus commonerent ad ea reseruanda

der C. und mit ihm A.; L. quo*d*. [1]) So C. (dm̄); S. Do*min*um. [2]) C. est*h*aec. [3]) C. und mit ihm S. suffici*ens*. Sufficiens *est*? [4]) C. quid*quid*. [5]) So der C. und mi tihm S. *C*um?. [6]) So der C.; S. tur*m*is. [7]) C. fili*ū*. [8]) C. celēri. [9]) C. iniustiti*a*. [10]) C. *n*ocebit. [11]) C. ›u*a*deremini‹ vom Corr. in ›u*i*deremini‹ corrigirt. [12]) C. *et*. [13]) C. donata*s* semper (Verdoppelung des ›s‹ von semper). [14]) Dies ist wohl zu ergänzen. Der C. hat bloss ›quam‹ (quā). S. hat dies ausgelassen. [15]) api*ci*bus (›ci‹ mit ganz kleinen Buchstaben). [16]) C. *ar*iū. [17]) C. suggestion*e*. [18]) C. replet*o*. [19]) C. qui*a*.

et custodienda, quae tam per conscientiae[1]) naturam, quam per legis mandata[2]) decreueram. Sed nec istis quidem contentus[3]), nouissime ipse descendi[4]) et ex uirginali utero uestri generis hominem dignanter adsumpsi, ut, me uobis possibilia praecepisse, naturae contestatione monstrarem. Multa quoque secundum suscepti hominis formam pro salutis[5]) uestrae incolumitate sustinui. Nam et indignissima conuiciorum probra pertuli, et acerbissima iniuriarum uulnera patientiae aequanimitate portaui, ut mihi etiam Beelzebulis[6]) nomen exprobraretur[7]), et daemonium habentis[8]) obiceretur infamia[9]). Palmis caesus sum, flagellis uerberatus, coronatus spinis, sputaminibus dedecoratus[10]) caeterisque ignominiosissimis iniuriarum calamitatibus adflictus pariter et inlusus, patibulo postremo suspensus et, ne quid crudelitatis erga meum uideretur defuisse[11]) supplicium, in cruce pendens felle et aceto potatus sum, ita ut extremis malis adhuc inueniretur augmentum. Et tamen pro tam scelestis, tam inpiis, tam crudelibus inimicis, quorum saeuitiam[12]) nec acerbissimum potuit satiare supplicium, qui me inludere nec in ipsa morte destiterant, indulgentiae ueniam postulaui. 3. Haec omnia feci[13]), ut uobis simplicitatis, innocentiae, pietatis, mansuetudinis exempla relinquerem et, quod uerbis dictaueram, etiam operum consummatione monstrarem. Ubi est ergo eius profectus doctrinae, quam tradidi? ubi perfectae consummataeque iustitiae[14]) et benignitatis forma, quam praebui? Omnia paene mandatorum meorum praecepta spreuistis et, uniuersa illa, quae pro salutis uestrae sospitate perpessus[15]) sum, paruipendentes, debacchati estis in alterutrum et ultra bestiarum ferarumque omnium inmanitatem[16]) uos inuicem acerbissimo odio conflictastis[17]) inlicite, et quibus ego, ut inimicos etiam uestros diligeretis, tam doctrinae uerbo tradidi[18]), quam operationis exemplo, uos nec uestris quidem fratribus pepercistis. Diuitias uobis usque adeo contempnendas mandaueram, ut infinitae[19]) difficultatis exemplo regni mei aditum locupletibus denegarem; uos autem aduersus doctrinae meae regulam, aduersus conuersationis exemplum, quo me causa uestri profectus in proprii mundi possessione[20]) pauperem prae-

[1]) C. const*iç*. [2]) C. manda*ueram* (t über ueram). [3]) C. conte*mp*tus. [4]) Ueber dem ersten ›e‹ scheint ein ›i‹ zu stehen (d*i*scendi). [5]) C. salut*i*. [6]) So der C.; S. Beelzebu*d*is. [7]) C. expro*ba*retur. [8]) C. ›habent*es*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [9]) infami*ā*. [10]) C. *dec*oratus. [11]) C. ›defuisse‹, wie es scheint, mit einem ›i‹ über dem esten ›e‹. [12]) C. und mit ihm S. saeuiti*a*. [13]) C. feci*ṭ*. [14]) C. iustit*eç* mit einem Strich (i) durch ›e‹. [15]) C. per*uer*sus. [16]) C. inmanitat*e*. [17]) C. und mit ihm S. ›conflict*a*t*i*s‹. Conflictat*i* *es*tis? [18]) C. tradi*t*i. [19]) C. und mit ihm S. ›infinit*o*‹. [20]) C. possession*ē*.

bui, ita diuitibus adulati estis, ut in[1]) illis potissimum omnem spem futurorum collocaretis, et letabili[2]) insectaremini[3]) odio, quemcunque cerneretis mandatorum meorum defensare uelle[4]) doctrinam. Patrem etiam super terram uos uocare prohibui[5]), ne qua uobis post caelestis generositatis eximietatem terrenae et mundanae originis gloria remaneret, neque ulla[6]) iam inesset carnalis et caducae natiuitatis recordatio his, quos iam consortio suo et spiritalis et aeternae beatitudinis natura susceperat. Uos autem ita uobis humanae stirpis honorem uendicastis, ut caeteros, quibus corruptibilis huiusce originis dignitas deerat, ac si degeneres et ignobiles despiceretis, quamuis nobilitatos illos diuini seminis progenie non ignoraretis. Aliqui uero, quibus, ut sua contempnerent, inperaueram, peruaserunt[7]) aliena contrarie, et quibus etiam malefacientibus benignos esse iusseram, sibi nequaquam molestos persecuti sunt et, ac si ego non pacis et dilectionis foedera, sed dissensionum[8]) et litium iurgia docuissem, ita inter se odiosa et saeua inimicitiarum bella gesserunt[9]).

XIX. 1. Quid ad haec dicturi sumus? quid respondebimus? quid loquemur? Dicemus forsitan, idcirco nos erga mandatorum eius obsequia negligentiores fuisse[10]), quia ipsius postmodum apostoli suam dissimulauerint iterare doctrinam et parum nos, ne iustitiae[11]) sanctitatisque extra limen[12]) exorbitaremus, frequentioris exhortationis crebritate admonendos esse censuerint. 2. Sed si haec dicere uoluerimus, illico ille apostolorum princeps, supra cuius firmitatem fidei spiritalis fabricae aedificata constructio est, et ecclesiasticae domus conlocata fundamina, quique caelestis regni ianitor dignus inuentus est, et cuius super terram gesta iudicia confirmantur in caelis, e contrario respondebit et dicet: Ego istis nunquam tacui, quin etiam saepissime ea, quae dixeras, iteraui, concrepans[13]), et, quae non dixeras, adnuntiaui. Ego his, ut, exposita[14]) omni malitia et omni dolo et simulatione et inuidia, in modum infantium paruulorum ad sanctitatis incrementum rationabilis et simplicis escae alimoniam concupiscerent, inperaui[15]). Ego, ne solius corporis pudicitiam[16]) sufficere existimarent, animas etiam in caritatis oboedientia, in fraternitatis amore[17]) simplici, in cordis dilectione castificare praecepi[18]).

[1]) ›In‹ fehlt im C. [2]) So der C.; S. let*hali*. [3]) C. insec*reta*mini. [4]) C. *tt*e. [5]) Matth. 23, 9. [6]) C. ull*ā*. [7]) C. pᵊruaser̃; S. peruasere. [8]) C. dissensionē. [9]) C. gesser̃; S. gesser*e*. [10]) C. fuise. [11]) C. iustiti*ā*. [12]) C. lim̃; S. limi*tem*. [13]) So der C. (c̄crepans); S. *in*crepans. [14]) So der C.; S. ohne Noth ›*de*posita‹. ›Exponere‹ hat hier die Bed. ablegen. S. Georges s. v. [15]) 1 Pet. 2, 1. 2. [16]) C. pudi*t*itiam. [17]) C. amorē. [18]) 1 Pet. 1, 22.

Ego his et generositatis suae nobilitatem ante oculos posui[1]) et, quod genus electum, sacerdotale, regale, gens sancta, populus adquisitionis essent[2]), indesinenter ostendi[3]). Ego etiam, quod diuinae naturae essent consortes, edocui[4]), credens, eos ad custodiendam iustitiam promptiores fore, si stirpis suae speciem agnouissent ita mirabilem[5]), eo quod honestioribus [in peccando] haesitatum efficeret[6]) non tam honestae, quam sacrae originis intellecta progenies[7]). Ego illis, ut secundum te in omni conuersatione sancti essent, saepe mandaui, addito[8]) etiam prioris tuae uocis inperio, quo continetur: *Estote sancti, quia ego sanctus sum, Deus, dominus uester*[9]). Ego, ut essent super terram tamquam[10]) caelestes ciues spiritali[11]) uigore a carnalium concupiscentiarum illecebris aduenarum more alienati[12]), uehementer adhortatus sum[13]). Ego et iustorum gloriam et peccatorum aeterna supplicia declaraui, ut illos ad sanctissimae disciplinae conuersationem aut desideratae beatitudinis cupiditas flecteret, aut horribilis poenae[14]) anxietas perurgeret. Et ne putarent, uera [non[15])] esse, quae promittebantur in futuro iustitiae[16]) tuae rigore, in praesenti etiam probando[17]) monstraui. Nam maritum et uxorem, qui de quantitate pecuniae mentiti fuerant, per spiritus tui gratiam morte[18]) multaui[19]), ut, quid ampliora peccata maneret[20]), agnoscerent, quibus nec minora fuissent indulta peccata.

XX. 1. Exurget et ille apostolus gentium[21]), ille electionis uas[22]), ille adhuc in terra manens etiam secretorum[23]) caelestium [particeps[24])], proclamabit[25]) et dicet: Ego istis per quattuordecim epistolarum uolumina, ne quid iniustitiae uel iniquitatis agerent, intimaui[26]). Ego nihil aliud magis, quam ut simplicitatem, inno-

[1]) C. posui*t*. [2]) C. adquisitio*ns* ēe*t*. (n über der Zeile) [3]) 1 Pet. 2, 9. [4]) 2 Pet. 1, 4. [5]) C. mirabil*e*. [6]) C. und mit ihm S. ›eo quod honestior*is* *suis* haesitatum efficer*ent*‹; L. ›eo quod honestior*ibus* haesitatum efficer*ent*. ›In peccando‹ oder Aehnliches scheint ausgefallen sein zu müssen. ›Haesitatus‹ = ›haesitatio‹ Bedenklichkeit. [7]) So der C.; S. ›progeni*e*‹. [8]) C. addit*ae*. [9]) 1 Pet. 1, 15. 16. Lev. 19, 2. [10]) C. bloss ›quam‹ (quā). Quasi? S. hat ›quam‹ ausgelassen. [11]) S. hat vor ›spiritali‹ das vor ›caelestes‹ von ihm ausgelassene ›quam‹ hinzugefügt. Der C. hat es hier nicht. [12]) C. und mit ihm S. ›aliena*rent*‹. [13]) 1 Pet. 2, 11. 4, 2. 3. [14]) C. p*e*n*a*. [15]) ›Non‹ fehlt im C. [16]) C. ›iutite*ę*‹ (s über der Zeile) mit einem Strich (i) durch ›e‹ (das ›s‹ über der Zeile vom Corr.). [17]) C. ›probandi‹; S. proband*a*. [18]) C. mort*ē*. [19]) Apg. 5, 1 ff. [20]) C. bloss ›neret‹. [21]) Rom. 11, 13. [22]) Apg. 9, 15. [23]) C. secretor*o*m (v über der Zeile). [24]) So mit S. Das Wort fehlt im C. — 2 Cor. 12, 2–4. [25]) C. proclama*u*it (›u‹ ist doch, wie es scheint, in ›b‹ corrigirt). [26]) So mit S.; der C. *imatti* (v über der Zeile).

centiam, pietatem, iustitiam diligerent, inperaui[1]). Ego, ut cum omnibus pacifici essent, admonui[2]). Ego, ne cui[3]) malum pro malo, sed e contrario bonum redderent, euidenter expressi[4]). Ego, ut, considerantes te patrem et tuos se filios recordantes, rationabiles et absque aliqua peccati macula degerent, iussi[5]). Ego, ut dignos se spiritus tui habitaculo exhiberent, monui[6]). Ego, ut se corporis tui membra esse cognoscerent, saepe testatus sum[7]). Ego, ut omnem sermonem malum non emitterent, sed ut de bonis semper loquerentur, edixi[8]). Ego, ut ab omni amaritudine et ira et indignatione et clamore et blasphemia cum omni malitia expiarentur, apertissime plerumque mandaui[9]). Ego, quod tui non essent, qui lenitatis et benignitatis tuae spiritum non haberent, exposui[10]), et quod illi tantum [ad te[11])] pertinerent, qui carnem suam cum[12]) uitiis et concupiscentiis crucifixissent, manifestissima[13]) contestatione praedixi[14]). Ego illos etiam ab scurrilitate[15]), stultiloquio, uanitate alienos esse desideraui atque praemonui[16]), et[17]), ut in nulla re[18]) diuinis laudibus[19]) digna exciderent[20]), inperaui[21]), inpudicitiam[22]) uero et[23]) auaritiam[24]) nec nominari quidem inter eos uolui[25]), ut agnoscerent, quam grande esset admittere, quod non esset licitum nominare. Denique, quantum eos ab omni peccatorum genere extraneos esse optauerim, ex eo[26]) euidentissime patet[27]), quod illos[28]) nec peccatorum quidem uoluerim habere consortium, et ita eos subterfugere atque uitare, ut nec conuiuio saltim talium miscerentur[29]) adiuncti[30]). Ego, ut se per omnia quasi Dei templa et Dei filios in omni sanctitatis conuersatione exhiberent et digna futurorum[31]) praemiis exercerent opera, saepe monui[32]). Sed, quantum uideo, non

[1]) Vgl. 1. Tim. 6, 11. [2]) Rom. 12, 18; vgl. 2 Cor. 13, 11 und 2 Tim. 2, 22. [3]) C. *q*ui. [4]) Rom. 12, 17. 1 Thess. 5, 15. [5]) Vgl. 1 Cor. 6, 17. 18. [6]) Vgl. 1 Cor. 3, 16. 17. Rom. 8, 9. [7]) Rom. 12, 5. 1 Cor. 6, 15. 12, 12 ff. Eph. 5, 30. [8]) Eph. 4, 29 vgl. Col. 3, 8. [9]) Eph. 4, 31. [10]) Gal. 5, 22. 23. [11]) Im C. ist ›ad te‹ ausgefallen. Schon S. hat es hinzugefügt. [12]) C. *a*. [13]) C. manifestissim*e*. Schon von S. corrigirt. [14]) Gal. 5, 24. [15]) C. scu*r*ilitati*s*. [16]) Eph. 5, 4. 6. [17]) Im C., dem S. folgt, fehlt ›et‹. [18]) C. null*orem*. [19]) S. wider den C. ›*a* diuinis laudibus‹. [20]) Wohl: vergesslich seien. S. Georges s. v. [21]) Das Wort sieht im C. aus wie ›imperau*t*‹. [22]) C. inpudi*t*itiam. [23]) ›*Et*‹ fehlt im C. [24]) C. a*uaua*ritiam. [25]) Eph. 5, 3. [26]) C. *h*.o (with *co* written above) (›eo‹ mit schwärzerer D.nte). [27]) pat (with et written above) (›et‹ ganz schwach über der Zeile). [28]) C. ill*o*. [29]) C. micerentur (with s written above). [30]) C. adiu*nt*i; S. adiun*x*i. Rom. 16, 17. 1 Cor. 5, 11. 2 Thess. 3, 6. 14. [31]) Nach ›futurorum‹ ist wohl ein Wort, wie ›bonorum‹ oder ›gaudiorum‹ ausgefallen. [32]) 1 Cor. 3, 16 f. 6, 19. 2 Cor. 6, 16. Eph. 2, 21; Rom. 8, 14. 2 Cor. 6, 17. 18.

ad hoc uerba nostra spiritus tui adflatu in libris condita legerunt, ut oboedientiae[1]) digna decernerent, sed ut contempnenda potius iudicarent. Quid mirum[2]), si nostra a te quamuis adspirata[3]) dicta spreuerunt, qui tui etiam oris mandata in euangelicis uoluminibus conscripta pro nihilo transgredi non dubitauerunt?

XXI. Ille quoque dilectus a Domino discipulus et, quod tanti muneris praeconio dignus esset, specialiter adnotatus et ob nimiae familiaritatis licentiam diuino recubans pectori proclamabit, dicens: Ego istos, ut praeceptorum iussa perficerent, tribus epistolis monui. Ego, quod te neque nosset, neque diligeret, qui mandatorum tuorum statuta non faceret, contestatus per omnia sum[4]). Ego te illis meram lucem et ab omni obscuritatis nube sinceram praedicaui[5]), et, quod beatitudinis tuae consortio potiri omnino non posset, quisque[6]) non eiusdem luminis gauderet[7]), id est, cuius uitae[8]) conuersationisque[9]) splendorem aut simulationis, aut hypocrisis, aut cuiuslibet obsoletasset[10]) caligo peccati[11]) Ego, ut professionis suae essent[12]) memores, adhortatus sum, et, qui[13]) se tuos dicerent, conuersationum tuarum actibus inhaererent[14]). Ego, quod nobis filiorum Dei dignitas conlata sit, edocui[15]). Ego, quod in aduentus[16]) tui tempore similitudinis tuae splendor inpertiretur, ostendi[17]), et, tuum esse[18]), quisque[19]) huius spei fiduciam gereret, [et se[20])], sicut tu sanctus [es[21])], sanctificaret, admonui[22]). Ego, quod in te manens[23]) non peccaret, effatus sum[24]), et, quod te nec uidisset, nec agnouisset, quisque[25]) peccato esset obnoxius[26]), contestatus omnibus sum[27]). Ego, quod ad te soli iusti pertinerent, et, quod diaboli consortio iungerentur, quicumque peccata committerent, promptissime declaraui[28]). Ego et, ex te natos delinquere non posse, monstraui, eo quod illis inesset diuini seminis recordatio, et nequaquam peccare

[1]) Oboedienti*a*? Der Verf. construirt ›dignus‹ fast überall mit dem Abl. [2]) C. *ni*mirum. [3]) So der C.; S. *in*spirata. [4]) 1 Joh. 2, 3—5. [5]) 1 Joh. 1, 5. [6]) So der C. und L.; A. quisqui*s*. [7]) Ueber ›gaudere‹ mit dem Gen. S. Georges s. v. [8]) So der C.; S. *suauitate*. [9]) C. conuersationi*s* *quae*. [10]) Der C. ›obsol*u*isset‹ mit einem ganz schwachen Punkt über dem ersten ›o‹. S. hat ›*a*bsol*u*isset‹. Obsole*fe*cisset? S. Georges s. ›obsoleto‹ und ›obsolefacio‹. [11]) 1 Joh. 1, 6. 7. 2, 9—11. 3. 16. [12]) C. ess*e*. [13]) So mit S.; C. ›qu*ia*‹ (weniger gut). [14]) 1 Joh. 3, 3. 7 ff. 14—17. [15]) 1 Joh. 3, 1. [16]) C. in *uen*tus; S. bloss ›aduentus‹ ohne ›in‹. Wahrscheinlich ist vor ›in‹ Etwas (wohl ›nobis‹) ausgefallen. [17]) 1 Joh. 3, 2. [18]) So mit S.; C. tu*ose*. [19]) S. quisqui*s*. [20]) Diese beiden Wörter sind im C. ausgefallen. Schon S. hat sie ergänzt. [21]) ›Es‹ ist ebenfalls im C. ausgefallen (von S. nicht ergänzt). [22]) 1 Joh. 3, 3. [23]) C. ma*ns*. [24]) 1 Joh. 3, 6. [25]) So der C.; S. quisqui*s*. [26]) C. ess*e* obnoxi*os*. [27]) 1 Joh. 3, 6. [28]) 1 Joh. 3, 7. 8.

possent, quamdiu[1]) generis sui memoriam recolerent[2]). Ego illis, ne sibi de solius[3]) nominis uocabulo blandirentur, tam filiorum Dei, quam filiorum diaboli signa monstraui, ut, iustos tantum diuinae esse sobolis, scirent, iniustos uero[4]) ad diaboli prolem noscerent pertinere[5]). Ego caritatem mutuam praecipue demonstraui colendam, et, ut se exemplo tuo inuicem diligerent, id est, ut alter pro altero animam ponere uellet, admonui[6]). Ego, quod uitam aeternam, quisque fratrem suum odisset, habere non posset, manifestissime praedicaui[7]). Ego, ne sermone tenus[8]) amare, sed ut dilectionis suae puritatem operum ueritate monstrare niterentur, edocui[9]). Ego, quod illos[10]) Deus exaudiret, qui absque conscientiae reprehensione[11]) essent, ad liquidum docui[12]). Ego, quod illi in die iudicii tui[13]) fiduciam[14]) habituri essent, qui sancti[15]) in hoc mundo mansissent, patefeci[16]). Ego, quod neque obtrectationum obprobria[17]), neque iniuriarum nocumenta[18]), neque alia quaecumque temptationum[19]) genera, quisque perfectus in caritate Dei esset, timere posset, ostendi[20]). Ego, ut neque mundum, neque ea, quae in mundo sunt, diligerent, inperaui[21]). Ego, quod, quisque mundum amasset, Dei caritatem non haberet, edixi[21]), et, quod uniuersa huius mundi, quae naturalis necessitatis modum excedunt, non a patre essent, sed, quod carnis ea concupiscentia et saeculi ambitio et uitae superbia inuenisset, adstruxi[22]), et, quod[23]) mundi amoris curam minime habere[24]) deberent, quem constaret mature periturum esse, testatus sum[25]). Quorsum autem, his omnibus spretis atque contemptis, sese malitiae, crudelitati, odio, nequitiae, fallaciae[26]) caeterisque iniquitatum generibus inmerserint, fateantur ipsi.

XXII. Ille etiam tertius dominicae gloriae testis electus[27]),

[1]) Alles von ›diu‹ in ›quamdiu‹ an bis auf ›haeredibus praefinitis‹ (S. 109 Z. 14 v. o.) hat der Schreiber mitten im Brief ›De possibilitate non peccandi‹ aus Versehen buchstäblich wiederholt. [2]) 1 Joh. 3, 9. [3]) So mit S.; im C. fehlt ›de‹. In der Wiederholung steht es. [4]) ›Uero‹ in der Wied. über der Zeile. [5]) 1 Joh. 3, 8—10. [6]) 1 Joh. 3, 10 f. 4, 7 ff. 2 Joh. 5; 1 Joh. 3, 16. [7]) 1 Joh. 3, 15. [8]) C. ten*em*us (auch in der Wied.). [9]) 1 Joh. 3, 18. [10]) ›Ill*os*‹ sieht aus wie ›ill*as*‹ (in der Wied. ›ill*os*«). [11]) C. reprehenssione (in der Wied. nur ein ›s‹). [12]) 1 Joh. 5, 14 f. [13]) C. indi*t*i*o* tu*o* (auch in der Wied.). [14]) C. fidu*t*iam (in der Wied. ›c‹). [15]) C. *sicut* (auch in der Wied.). [16]) In der Wied. ›p*e*tefeci‹. — 1 Joh. 4, 17. [17]) So auch in der Wied. [18]) C. *d*ocumenta (so auch in der Wied.). [19]) So auch in der Wied. [20]) C. poss*ett*ostendi. [21]) 1. Joh. 2, 15. [22]) 1 Joh. 2, 16. [23]) C. qu*ia* (auch in der Wied.). [24]) C. *a*bere (in der Wied. ›*h*abere‹). [25]) 1 Joh. 2, 17. [26]) In der Wied. ›falla*tie*. [27]) Matth. 17, 1. Marc. 9, 2. Luc. 9, 28. — Verwechselung von Jacobus, dem Bruder des Herren, mit Jacobus, dem Sohn des Zebedaeus.

qui et secunda post Petrum[1]) fidei columna ab apostolo designatur[2]), cum huiusmodi uoce prosiliet: Ego his in unius textu[3]) epistolae breuiter et aperte, quid eos obseruare conueniret, explicui. Ego, ne ad iracundiae animositatem prosilirent[4]), ipsius irae malum, id est, quod Dei iustitiam inplere non posset, ostendi[5]). Ego, ne caelestia tua et diuina praecepta ad hoc solum, ut[6]) legerentur, aut audirentur, conscripta iudicarent, factores illos uerbi tui et non auditores tantum esse praecepi[7]). Ego, ne se[8]) aliqua[9]) religiositatis praerogatiua defenderent, si uel infrenis linguae uitio laberentur[10]), eorum religionem[11]) [inanem[12])] esse, testatus sum[13]). Ego, ne diuitum personas acciperent, neque eos, quibus tu uae[14]) fieri[15]) praedixeras[16]) et caelestis aulae[17]) introitum[18]) per ardui exempli formam negaueras[19]), pauperibus a te magis electis et fidei opibus locupletatis et regni tui haeredibus praefinitis[20]), prauo iudicio praeponerent et pretiosae uestis candorem atque aureum [magno[21])] constantis annuli fulgorem beatitudinis tuae consortibus anteferrent, latiore disputatione suadere non distuli[22]). Ego, ne rerum mundanarum amor[23]) cultus tui amorem posset[24]) excludere, inimicum tuum esse, quisque saeculi amicus esse uellet, adserui[25]). Ego, ne, solam sibi fidem sufficere, existimarent, nihil solius fidei praerogatiuam absque iustitiae operibus iisdem[26]) profuturam esse, testatus sum[27]). Ego, ne, se caelestem habere prudentiam, arbitrarentur, si in illis uel zeli amaritudo, uel contentionis pertinacia inesset, alioquin potius, huiuscemodi sapientiam terrenam et diabolicam esse, cognoscerent, conprobaui[28]). Ego, sapientem ex bonorum operum conuersatione intellegi debere, praefatus sum[29]). Ego, ne de se alterutrum detraherent, neque fratres suos, in quo illos lex non condemnauerat, iudicarent, ne non tam aduersus humanae naturae conuersationem, quam contra

[1]) So mit S; der C. *tertium* (auch in der Wied.). [2]) Gal. 2, 9. Petrus wird hier in der It. zuerst genannt.; S. Sab. z. St. — Nach ›designatur‹ hat der C. noch ›ostenditur‹ (auch in der Wied.). [3]) C. text*e* (auch in der Wied.). [4]) C. prosil*e*rent (auch in der Wied.). [5]) Jac. 1, 20. [6]) C. *aut* (auch in der Wied.). [7]) Jac. 1, 22. [8]) C. *si* (auch in der Wied.). [9]) C. aliq*uam*. [10]) C. lab*o*rentur (auch in der Wied.). [11]) C. *t*eligionem. [12]) Im C. fehlt das Wort (auch in der Wied.). Schon von S. ergänzt. [13]) Jac. 1, 26. [14]) C. *bę* (auch in der Wied.). [15]) So der C. (auch in der Wied.); S. *fore*. [16]) Luc. 6, 24. [17]) C. aul*a* (auch in der Wied.). [18]) C. introit*u* (auch in der Wied.). [19]) C. neganer*a*. — Matth. 19, 23. 24. Marc. 10, 23—25. Luc. 18, 24. 25. [20]) Jac. 2, 5. Luc. 6, 20. — Mit ›haeredibus praefinitis‹ schliesst die Wiederholung. [21]) Dieses Wort scheint hier im C. ausgefallen sein zu müssen. [22]) Jac. 2, 1 ff. [23]) C. amorē. [24]) So mit S.; C. poss*i*t. [25]) Jac. 4, 4. [26]) C. operib*ussi*isdem. [27]) Jac. 2, 14 ff. [28]) Jac. 3, 14 ff. [29]) Jac. 3, 13.

diuinae institutionis mandata uiderentur[1]) ferre sententiam et se te sapientiores gloriari, dum ea redarguunt, quae illa[2]) minime reprehendenda decreuerat, satis superque commonui[3]). Ego, ut, neque per caelum, neque per terram, neque per aliud quodcumque sacramenti genus se iurare debere, praesumerent, protestatus sum fortius[4]). Ego, ne sibi de quorundam[5]), quae eligere maluissent, mandatorum custodia blandirentur[6]), et se iam iustos iudicarent, si alia facerent, quamuis alia contempnerent[7]), uniuersae legis praeuaricatorem [esse[8])], qui unius saltim praecepti transgressor extitisset, exposui[9]). Quomodo autem ab huiusce doctrinae lineis declinauerint, uel qua desperatione animi, ut non tam se, quam alios deciperent, tam lucida et manifesta praecepta non ueritatis serie[10]), sed secundum suarum desideria uoluptatum intellegenda praesumpserint, et callidae interpretationis falsitate conruperint, ex ipsorum responsione clarescat.

XXIII. 1. Quid ad haec, oro, respondebimus? Numquid dicere poterimus, quod non ita scripta sint, aut tenorem[11]) nobis eorum, quae scripta sunt, difficilioris intellegentiae obscuritatem praestitisse, cum omnia tam clara atque perspicua sint, ut nullius admodum caecitatis caligine inuoluta esse[12]) noscantur. Dicemus forsitan: Omnia quidem, Domine, quae nobis inputantur, agnoscimus et, inexcusabiles nos esse, certissime scimus; sed prodesse nobis debet, quod fidem habuimus, quod nomen tuum sanctum crebrius inuocauimus, quod solum te dominum creatoremque nostrum esse cognouimus, quod legis tuae doctrinam adnunciauimus, quod quidam nostrum in honorem[13]) potentissimi nominis tui daemonia eiecerunt, aegros curauerunt caeteraque prodigiorum et uirtutum signa fecerunt. Sed respondebit nobis ille, quod, se talibus responsurum esse, praefatus est: *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine! intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Discedite a me, nescio uos, operarii iniquitatis*[14]). 2. Quae tunc nobis peccatoribus anxietas erit, quae animorum moestitia, qui[15]) lamentationis gemitus, qui[15]) fletus oculorum, uidere iustos speciebus[16]) et praemiis caelebus munerari, et nos eiusdem beatitudinis perceptione indignos

[1]) C. nider*et*ur. [2]) C. illā. [3]) Jac. 4, 11. 12. [4]) Jac. 5, 12. [5]) Der C. und mit ihm S. ›qu*ibus*dam‹. [6]) So mit S.; C. ›blandiren*t*‹, was zur Noth angeht. S. Neue, Lat. Formenl. II, 276 f. [7]) C. contempserent. [8]) Dieses Wort muss hier ausgefallen sein; S. hat es nicht ergänzt. [9]) Jac. 2, 10. [10]) C. seri*m*. [11]) So mit S.; C. te*r*rem. [12]) So mit S.; C. innole*n*tat*e se*. [13]) C. und mit ihm S. in honor*e*. [14]) Matth. 7, 21—23. [15]) C. quę. [16]) C. spec*i*bus (›e‹ von späterer Hand).

haberi, quam nostri similis natura sortita sit! Quantus dolor sit nimium desideranda conspicere et, cum conspexeris, non tenere, mirari tantum in aliis, quod in te mirabile esse[1]) potuerit, non possidere, quod cupias, et, quod abhorreas, sustinere, uidere alios ab archangelis, angelis caeterisque diuinis ministris[2]) ad regnum sibi praeparatum caelestis pompae dignitate deduci, et te [a[3])] poenalibus ministris ad tartari rapi supplicia! Quo tunc animo miserandi erimus, uel qua faciei[4]) confusione ante tantae maiestatis gloriam stabimus, cum horum dissimiles inuenti fuerimus in meritis, quorum uidebamur esse in religione consimiles! Quo igitur moerore cordis quove mentis angore a Dei facie sanctorumque omnium praesentia et ab illis diuinis inmortalibusque deliciis auersi cum diabolo atque angelis eius abibimus deputati! Quibus uocibus quibusque lacrimis caelesti regno cum suis dicemus uale! Tarde iam paenitebit sanam recusasse[5]) doctrinam et salubria audire ueritatis monita noluisse; tarde iam persuasio illa, quae nunc pluribus placet, displicebit; tarde dolebit, abiectos et pauperes fuisse contemptos, et humanis magis consensum praebuisse sermonibus, quam diuinis; tarde illius doctrinae, cuius quondam[6]) acerbitas abhorrebat[7]), agnoscetur[8]) utilitas; tarde spes illa, quae inludit nunc plerosque, deflebitur; sero pigebit humanis inhiasse opibus et temporalibus quam aeternis honoribus uti maluisse. Alii interitus sui causam intellectui proprio, alii extraneis magisteriis inputabunt. Sed nihil iam poenitentiae dolor proderit, ubi poenitendi[9]) tempus effluxerit.

XXIV. 1. Haec itaque, dilectissimi mihi, in nostro semper corde uoluantur, haec die noctuque meditentur. Grande est Dei filium esse; infinitum est caelum habere post terram[10]); aeternae uitae locuples et copiosa possessio est splendore solis coruscare[11]); omni claritate clarius est cum Deo regnare, omni nobilitate nobilius est[12]); inenarrabile est, quod credimus, quod speramus inmensum est. Quid igitur a nobis pro tantae magnitudinis perceptione deposcitur? Ut interim[13]) [iuste[14])] sancteque uiuamus. Uitae nostrae actus huius beatitudinis pretium, si tamen tam dignus sit, ut tanti muneris praemium consequatur. Non est uulgare quod quaerimus,

[1]) C. *est*. [2]) So mit S.; C. minis*teriis* (gleich darauf »ministris«). [3]) »A« ist wohl hier ausgefallen. [4]) C. faci*e*. [5]) C. und mit ihm S. »recusar*e*«. [6]) C. q*ᵛ*ondam. [7]) C. und mit ihm S. abhorr*e*r*e*t. [8]) So mit S.; C. agnosce*re*tur. [9]) C. p*ę*niten*ti*. [10]) C. pos*te*ram. [11]) Nach Matth. 13, 43. [12]) Hier sind wohl einige mit »cum Deo regnare« correspondirende Worte ausgefallen. Doch lässt sich »cum Deo regnare« zu »omni nobilitate nobilius est« hinzudenken. [13]) So mit S.; der C. »*inter*«. [14]) So mit S.; das Wort fehlt im C.

non debet uulgare esse, quod uiuimus[1]). Diuinorum munerum speculatorum diuina conuersatio esse debet. Simili ac pari modo deuersantes[2]) dissimilem non possunt habere mercedem. Stultum est omnium ritu uelle uiuere et, quod non omnibus promissum est, expectare secretum. Sanctis sancta debentur, caelestibus caelestia regna promissa sunt. Quid autem est, quod dico[3]) caelestibus? Caelestia uidelicet opera exercentibus, quamuis uersentur in terris[4]). E contrario uehemens et horribilis est perpetua suppliciorum[5]) poena[6]) et aeterni gehennae ignis nimium pertimescendi[7]). Si concupiscenda non inliciunt[8]), uel metuenda deterreant, et, quod amoris conferre cupiditas debuit, timoris saltim causa paretur. 2. Sed esto, ut quidam uolunt: nullius in futuro supplicii metuenda cruciatio sit, nec poenalis cuiusquam ignis ambustio formidanda, et terroris tantum causa haec promissa esse credenda sint. Nempe uel sola pertimescenda confusio est. Qualis enim uel quanta uerecundia erit, cum Dei, tum deinde omnium illic caelestium circumstantium potestatum[9]), patriarcharum, prophetarum, martyrum caeterorumque sanctorum adsistentium oculis uniuscuiusque nostrum secreta pandentur[10]), et mala omnia[11]), quaecumque, siue mentis cogitatione, siue operis perpetratione, commisimus[12]), in conspectu cunctorum, quasi illic gerantur, secundum specierum suarum imagines deformata exponentur[13]), iuxta illam contestationem: *Arguam te et statuam contra faciem tuam*[14]), cum in modum funis quisque suorum trahet[15]) peccatorum seriem, unde dictum est: *Uae his, qui trahunt peccata sua sicut funem longum*[16])! 3. Quae illic, rogo, eos praecipue, qui sanctiores caeteris esse mortalium iudicio putabantur, pudoris ruborisque[17]) magnitudo perfundet, cum aliud esse apparuerint, quam hominibus uidebantur! Qualis eorum conscientiam dolor adficiet, cum in illorum sanctorum coetu, de se dici, audierint: Nonne isti sunt, qui in mundo christianiores omnibus uidebantur? Nonne eorum opinio per uniuersum paene[18]) mundum, fama uolitante, currebat? Quomodo nunc aliud, quam existimabantur, inuenti sunt?

1) C. ui*d*imus. 2) So der C.; S. diuersantes. Man erwartet ›*con*uersantes‹. 3) C. quo*i*ddico. 4) So der C.; S. terr*a*. 5) C. supplici*um*. 6) C. pen*e*. 7) So der C.; S. pertimescend*a*. 8) So der C. und mit ihm S. (*il*liciunt); L. *al*liciunt. 9) C. potestat*uu*m. 10) So mit S.; C. *ma*nd*a*ntur. 11) C. und mit ihm S. ›malo*rum* omni*um*‹. 12) C. commissimus. 13) C. und mit ihm S. deform*entur* expos*it*a. Sollte ›exposita‹ das Rechte sein, so muss der Verf. jedenfalls ›deform*abu*ntur‹ geschrieben haben. 14) Ps. 50, 21. 15) C. trahit, wohl nur Verwechselung von ›e‹ mit ›i‹ in der Aussprache. 16) Jes. 5, 18. 17) C. roborisque. 18) C. po*e*ne.

Hominibus magis[1]), ut apparet, iustos[2]) se exhibuere[3]), quam Deo, et sufficere sibi arbitrati sunt, humano sanctificatos esse iudicio, illam uero, quae secundum Deum est[4]), sanctitatem minime perficere uoluerunt. Quae igitur talia audientibus tristitia erit, qui ulutatus, qui gemitus! Minus dolebunt, quos nulla sanctitatis fama decorauit. Quid mirum erit, si is[5]), qui semper iniustus habitus est, non iustus appareat et hoc, quod esse credebatur, inuentus sit? Non magnopere inhonorari se sentit, quisque nullius unquam honoris gratiam ceperit[6]), omni uero supplicio grauius est, si se, qui alicuius gloriae fuerit, esse cernat inglorium[7]). Homini[8]) etenim huiusmodi indeficiens uerecundia et aeterna confusio; ut etiam, si fides esset adhibenda mendacio, hoc saltim formidandum talibus erat, ne confusibili[9]) semper obprobrio subiugarentur.

XXV. Curramus ergo, dum tempus est, et, quantis possumus, uiribus enitamur, ut, omni uitiositatis consuetudine superata, iustitiae nos sanctitatisque operibus inbuamur, ut non cum inpiis et peccatoribus infinita cruciamentorum[10]) supplicia et confusionum[11]) obprobria perferamus, sed cum iustis et sanctis diuinae beatitudinis et aeternae gloria claritatis[12]) perfruamur. Quanquam, mihi et mei[13]) similibus dici ista, conueniat, uobis uero superflua uideantur adnuntiari, quos usque adeo apparet inlicita non committere, ut licita[14]) etiam contempsisse uideamini. Quomodo fieri potest, ut gerere[15]) audeant, quae prohibentur, qui illa etiam[16]) metuunt, quae concessa noscuntur? Sed, ut iam in exordio epistolae praefati sumus, caritatis ista natura est, ut[17]) his, quos diligit, aliqua malit superflua dicere, quam tacere consulte.

[1]) »Magis« fehlt im C. Schon von S. hinzugefügt. [2]) So mit S.; C. iu*nc*tos. [3]) So der C. und mit ihm S. Exhibuer*unt*? [4]) C. *et*. [5]) C. und mit ihm A. (S.) *h*is; L. hic. [6]) C. co*e*perit. [7]) C. inglori*a*m. [8]) C. und mit ihm S. »*Operi*«, was keinen Sinn giebt. [9]) C. confusibi*lis* (durch das »s« des folgenden »semper« entstanden). [10]) C. cruciament*o*. [11]) C. confusion$\overset{v}{a}$m. [12]) C. aeterua et gloriā claritatis; S. aeterna claritatis gloria. Aeternae claritatis gloria? [13]) C. und mit ihm S. »me*is*« (mei^{s}; das »s« vom Corr. mit schwärzerer Dinte). [14]) C. lic*et*. [15]) C. ger$\overset{re}{ẹ}$ (»re« mit schwärzerer Dinte vom Corr.). [16]) C. et$\overset{i}{ạ}$m. [17]) C. *et*.

V.

Epistola de possibilitate non peccandi.

I. 1. Qualiter religionis tuae memores simus, uel quo eam ueneremur affectu, ex hoc cognoscere poteris, quo[1]) passi non simus, nisi ut eum, quem praesentem cernere non poteramus, saltim litteris adloqueremur absentem; quarum scribendi sollicitudinem numquam[2]) nisi fida caritas exigit, praesertim ubi non tam[3]) scribentis commodum quaeritur, quam caritatis[4]) exhibetur officium. Et quamquam Christiano omnes sit necesse diligere, cui ipsos etiam iubetur inimicos amare, his tamen maior habetur affectus, quos omni uenerationis deuotione coli, propria bonitas exigit. Hos[5]) enim qui diligunt, non tam[6]) uirtutis aliquid faciunt, quam qui non diligunt, malignitatis crimen incurrunt. Unde non satis laudabile est amare hos, quos non amare culpabile sit. Qua de re ego, qui debitam moribus tuis exhibeo caritatem, in hoc ipso me crudelitatis[7]) tantum sentio uitare periculum, non aliquid exercere uirtutis. Nam, teste Deo loquor, semper me generositatis tuae, ex quo nosse potui, suspexisse mores, dilexisse prudentiam, patientiae disciplinam et totius, quae in te uniuersis admodum patent, grauitatis signa coluisse[8]). 2. Unde semper aegrius tuli et ac si saeculo inuidens ingemui, mentem diuinis rebus aptam humanis magis necessitatibus praepediri, et, cui caelestia erant praemia expetenda, terrena potius lucra sectari. Numquam tamen ita desperaui, quin crederem, pium animum et benignum ac totius rationabilitatis sapore conditum corruptibilia ac caduca aliquando despicere[9]) et sese ad incorruptibilium magis aeternarumque[10]) rerum electionem transferre. Unde magna animi[11])

[1]) So der C. und mit ihm S. (A.); L. q*uod*. [2]) C. *non*numquam. [3]) Im C., dem S. folgt, fehlt ›non‹. Das ›non‹ vor ›tam‹ ist wohl durch Versehen an eine falsche Stelle, vor ›nunquam‹ gekommen. [4]) C. caritati. [5]) C. und mit ihm S. ›H*uius*‹. [6]) C. und mit ihm S. ›non tam qui diligunt‹. [7]) So der C. und mit ihm S.; das Wort ist recht unpassend. ›Malignitatis‹, was der Verf. kurz vorher gebraucht hat? [8]) Hier fehlt das Verbum, von dem die Acc. c. Inf. ›me suspexisse‹ etc. abhängig sind (etwa ›mihi conscius sum‹). [9]) C. despⁱecere (die Corr. mit schwärzerer Dinte). Man erwartet st. ›despicere‹ ›despecturum‹ und nacher st. ›transferre‹ ›translaturum esse‹. Vgl. doch ob. S. 100 Anm. 1. [10]) Der C. hat zwischen ›magis‹ und ›aeternarumque‹ ›*a et*‹ (wohl die drei ersten Buchstaben des folgenden Worts); S. hat dies verkehrt in ›quam‹ corrigirt und das ›que‹ von ›aeternarumque‹ gestrichen. [11]) C. magn*a*nimi (das zweite ›a‹ von ›magna‹ und das von ›animi‹ durch e i n ›a‹ bezeichnet).

exultatione gauisus sum, cum fidei tuae incrementa ad paruitatis meae notitiam non fama, sed ueritas pertulisset, certus scilicet, in breui omnia fastidire posse mortalia, cui desiderium[1]) aliquod inmortalitatis accesserit, et eum, quem in humanis profectibus fuisse cupidum, constet, multo magis in diuinis fore, cum ea desiderii fiducia sperare caelestia coeperit, qua uidebatur expectare terrena[2]). Nemo enim de duobus, quae habentur bona, non, quod melius fuerit, concupiscit, et semper minora spernuntur, ubi coeperint[3]) maiora sperari.

II. 1. Illud etiam pusillitatis[4]) meae auribus intimatum est, quod exiguitatem nostram tantis laudibus praeferas, ut non aliud in ea, quam quod reprehensione careat, arbitreris posse reprehendi. Tu quidem pro ingenita tibi beniuolentia[5]) suspicaris et pie, nec aliter magis potes laudare, quem[6]) diligis, quam si ita ei[7]) deesse culpam adseras, ut hoc tantum in illo culpabile iudicetur, quod cul pare nemo iure potest. Sed ego meae non nescius conscientiae, multa in me esse, quae sint reprehensione digna, cognosco. Unde non necesse est, me in his, quae culpa carent[8]), culpabilem iudicari, cum pluribus, in quibus culpari merito debeam, me[9]) obnoxium[10]) esse uideam. 2. Aliud est, si, ut adsolet, aut ignoranter uituperantur, aut non pie intelleguntur, quae a nobis tam scienter, quam pie prolata noscuntur. Quid enim tam scientiae[11]) dignum, quid tam pietati conueniens esse credendum est, quam Deum, iustitiae atque aequitatis parentem, nihil, uel quod suspicari quidem iniquum atque iniustum debeat[12]), operatum uideri? Intuere, quam procul ab eo iniustitiae abesse suspicio debeat, qui nec hominem ipsum, cum in eo prauitatis quid fuerit, diligit, eumque[13]) regno suo priuat et gehennae ignibus[14]) mancipat, si iniquitatis aliquid in illo permaneat. Igitur si illum iustum oportet esse, qui factus est, qualis ille credendus est, qui fecit? et si totius aequitatis debet esse, qui iudicandus est, qualis putandus est ille, qui iudicat? Conueniat

1) Ursprünglich stand, wie es scheint, ›desideri*a*‹ im C. Dies wurde dann in ›desideri*um*‹ corrigirt. 2) C. *aeter*na. Schon von S. corrigirt. 3) So der C.; S. falsch ›coeper*u*nt. 4) So der C. und mit ihm A. (S.); L. falsch ›pusill*anim*itatis. 5) S. Georges unt. ›benevolus‹. 6) C. und mit ihm S. qu*a*m (s. die folg. Anm.). 7) C. si ita e*st*. S. hat ›nec aliter magis potes diligere, qu*a*m diligis‹. Quod (si ita est) deesse etc. Sinnlos. 8) C. culp*arent*. Schon von S. corrigirt. 9) Im C. fehlt ›me‹; S. hat es vor ›uideam‹ gestellt. 10) C. obnixium. 11) So mit dem C.; S. scienti*a*. 12) C. debat (Corr. des Schreibers). 13) ›Eum‹ in ›eumque‹ vom Schreiber später hinzugefügt (diligit eū que). 14) So mit S.; C. ign*is*. Ign*i*?

sane Deo aliquid inpossibile praecepisse, si uel homini conuenit; aut[1]), si etiam humana[2]) conditio iniquum putat contra possibilitatem cuiquam aliquid inperare, quae peruersitas est, haec uel sentiri de Deo, quod nec mortalium quidem natura suscipiat! Estne aliquis tam inprouidus, tam iniustus, tam totius aequitatis ignarus, qui aut famulo, aut cuique subdito id inperare audeat, quod eum inplere non posse cognoscat? Uerbi gratia: praecipietne seruo suo quis, ut aut quatridui[3]) iter[4]) unius diei labore conficiat, aut spatiosi maris fluctus natando potius quam nauigando transmittat, aut ut montes lubrico[5]) apice inuios[6]) inaccessibilesque conscendat, et quaecunque alia, quae sunt naturae contraria, faciat? Quod si iubere praesumpserit, quis non[7]) hunc non modo iniquum, uerum etiam[8]) et insanum putet, quem illa inperare homini uideat, quae sua nullo modo queat natura supplere[9])? Et si de huiuscemodi homine tale potest haberi iudicium, quid de Deo sentiant, qui eum aliquid naturae contrarium praecepisse existimant, prudentiae tuae iudicio derelinquo. 3 Oro itaque te, ut, inueteratae persuasionis sententia paululum sequestrata, atque totius animositatis contentione summota, pura et sincera mente paruitatis meae uerba suscipias, non contradicentis animo, sed examinantis affectu, nec quid uulgaris consuetudo teneat, sed quid iustitiae ac rationis ueritas habeat, adtendas. Scio enim, te esse sapientem, nec me laborare posse apud rationabilem rationabilia defensantem.

III. Sed dicet aliquis: Ergo, hominem non peccare, possibile est? Dura haec reuera et amara[10]) peccantibus uox est, et quae omnium iniuste uiuere[11]) concupiscentium uulnerare possit auditum. Cui iam[12]) facile erit inplere iustitiam, quam etiam quibusdam audire difficile est? uel quomodo eius aequo animo suscipienda sunt uerba[13]), cuius tam acerba doctrina iactatur? Quid quaerimus iam, an possit fieri, quod tam inusitatum atque contrarium[14]) putatur, ut nec possit audiri? Quando hanc uocem[15]) sanguinarius aut crudelis excipiet? Quando non auarus et cupidus perhorrescet? Quando luxuriosus et sordidus aequanimiter sentiet? Et, ut breuiter cuncta perstringam: Quando cuiuscunque criminis uel peccati reus quieta

[1]) So der C. und mit ihm S. Sinn: oder mit anderen Worten. [2]) C. humanę. [3]) So der C.; S. quatriduum. [4]) C. inter. [5]) C. lubrice. [6]) »Inuios« stand im C., ward aber bis auf das ersten »i« ausgelöscht, während das »que« des folgenden Wortes stehen gelassen wurde. [7]) »Non« fehlt im C.; schon von S. hinzugefügt. [8]) C. etiam *nunc*. [9]) So der C. und mit ihm S. Inplere oder »conplere«? [10]) C. amare. [11]) C. uidere. [12]) So der C.; S. Cum tam. [13]) C. und mit ihm S. »opera«. [14]) C. quod tam inusitatē *que* contrarium; S. »quod inusitatum atque contrarium« ohne »tam«. [15]) C. uoce.

mente suscipiet, malum suum uoluntatis esse, non necessitatis, et arbitrio adscribi, quod ille nititur inputare naturae? Infinitum enim solatium diuinae legis praeuaricatoribus praestat, si, quod non faciunt, non posse magis, quam nolle se, credant, naturali prouidentia intellegentes, neminem de inpossibilibus iudicandum, et aut leue, aut nullum esse peccatum, quod inpossibilitatis causa defenderit. Ideoque infelices et miseri in diuersa crimina sine recogitatu aliquo praecipites ruunt, nec hac re postmodum ferunt[1]), illa se commisisse, a quibus abstineri non posse praesumunt; et ita fit, ut sub inpossibilitate non peccandi detur delinquendi securitas. 2. Hoc etiam si ita esset, dici tamen non oporteret, eo quod non aedificaret, sed destrueret audientes. Quisque enim, se non posse absque peccato esse[2]), audierit, nec temptabit quidem esse, quod sibi inpossibile esse iudicauerit, et, qui nec conatur absque peccato esse, omni tempore eum peccare, est necesse, et quidem eo liberius, quod inpossibilitatis securitate perfruitur. Huiusmodi nec dignam umquam pro factis suis poenitentiam geret[3]), et[4]) facile credet[5]), Deum, quod nec inputare quidem debeat, facile remissurum. At uero si audiat, posse se non peccare, necesse est, ut, quod possibile cognouerit, nitatur inplere; et cum inplere contendit, etsi non ex omni, ex maxima tamen parte perficiet[6]). Is etiam si, aliquo fuerit delicto fragilitatis causa[7]) praeuentus humanae, certe aut rarius peccabit aut leuius. Qui[8]) hoc molitur et nititur, ut absque aliquo possit esse peccato, et lapsus sui humilius et summissius[9]) deflebit errorem, si illa se[10]) intellegat commisisse, quae si uoluisset uitare, potuisset. Quomodo ergo superior[11]) sensus duplici modo auditoribus suis obest, dum delinquendi securitatem praebet et medelam non ualde necessariam iudicat poenitendi, ita iste inferior duplici intellegitur prodesse ratione[12]), cum eos et ad non[13]) peccandum per possibilitatis facilitatem prouocat et ad poenitendum, si, ut adsolet, cuiusque peccati lapsum inciderint[14]), per uoluntariae praeuaricationis agnitionem facilius inpellit.

IV. Qui contradixeris[15]), inquiens: Absque peccato esse homo nullo pacto potest, ante considera, utrumne uel peccatum definiri[16])

[1]) bedenken. [2]) C. ess*et*. [3]) C. und mit ihm S. ›ger*it*‹. [4]) ›Et‹ fehlt in A. [5]) So der C.; S. cred*it*. [6]) C. und mit ihm S. ›perfic*ere*‹. [7]) C. cau˙ mit übergeschriebenem sa (›sa‹ vom Schreiber nachgetragen). Bei S. fehlt ›causa‹. [8]) C. Q*uid*. [9]) C. summiss*us*. [10]) C. illa*s* se. [11]) C. superi*us*. [12]) C. ration*em*. [13]) C. und mit ihm S. verkehrt ›non ad‹. [14]) So mit dem C. und S. (A.); L. *in* cuiusque — inciderint. S. Georges s. v. [15]) C. *c*dixeris. [16]) C. defini*re*.

debeat, quod[1]) illud fuerit, sine quo homo esse non possit; quoniam omne, quod uitari non poterit, iam naturae refertur, naturae uero nefas est si peccatum inesse dicatur, quia [hoc si dicatur[2])], naturae auctor culpabilis iudicatur. Sic est enim[3]) dicere, non posse esse hominem sine peccato, ac si dicas, non posse hominem uiuere absque cibo, absque potu, absque somno et caeteris huiusmodi rebus, sine quibus humana non potest esse conditio. Quodsi ita tenendum est, quomodo conuenit uel peccatum dici, si, ut caetera naturalia, ita et hoc non potuerit euitari, cum peccatum omne uoluntatis arbitrio, non naturae uitiis inputatum sit? 2. Sed ante peccati ipsius definitionem nosse debemus, ut de possibilitatis uel inpossibilitatis eius conditione facilius disputemus. Peccatum enim duobus modis determinari, necesse est, si aut illa non uitentur, quae prohibentur, aut illa non fiant, quae iubentur. Nunc cuiuscunque humanum aliquid[4]) sentientis conscientiam consulo, cuiusmodi censeat illa, quae fieri Deus uetuit, quae[5]) uitari possint[6]), aut quae non possint[7]). Si, quae uitari possint[8]), merito prohibuit; si, quae uitari non possint, primum quaero, qua ratione prohibita sint, deinde, qua iustitia eius rei commissio possit inputari esse peccatum, quae uitari omnino non potuit. Quaero etiam[9]), si, quae praecepta sunt, possunt perfici, aut non possunt. Si possunt, rationabiliter iusteque praecepta sunt, si non possunt, frustra inperata censentur. Nec uideo, qua aequitate illarum rerum contemptus possit peccatum haberi, quae penitus inpleri nequiuerint. Aut si illa tantum uel prohibita sunt, quae uitari poterant, uel praecepta, quae perfici, quomodo, hominem absque peccato esse posse, diffidemus[10]), cum inpossibilia ei neque prohibita, neque praecepta fateamur, in quibus duobus, ut iam superius diximus, omne uidetur constare peccatum? Sed, ut manifestius loquar: Dicis, hominem absque peccato esse non posse. Quaero

[1]) C. und mit ihm S. ›qu*id*‹. [2]) Worte, wie diese oder wie ›hoc dicendo‹, müssen hier ausgefallen sein. L. hat statt einen solchen Ausfall auzunehmen das ›culpabilis‹ des C. in ›inculpabilis‹ verwandelt. Aber ›culpabilis‹ wird vom begründeten Satz gefordert. [3]) So der C.; S. Sic enim *idem* est *ut*. — Auf ›enim‹ folgt die Wiederholung der Worte: ›diu (die zweite Hälfte von ›quamdiu‹) generis sui memoriam recolerent — et regni tui haeredibus praefinitis‹ im zweiten Briefe (s. ob. S. 108 f.). Am Rande der ersten die Worte ›iudicatur — reco‹ (die zwei ersten Silben von ›recolerent‹) enthaltenden Zeile der Wiederholung (Z. 5 auf fol. 82) steht: va oder v), am Rande der letzten unvollendeten Zeile derselben (Z. 9 auf fol. 83): mt:·, gegen den Schluss der offenen Zeile:·. [4]) C. aliquod. [5]) C. qu*em*. [6]) C. poss*u*unt. [7]) C. poss$\overset{n}{it}$. [8]) C. poss$\overset{.n}{it}$. [9]) C. Qu$\overset{.ro.}{e}$ etia*n*. [10]) C. diffidemu*r*.

primum, praeceptumne sit ei absque peccato esse, aut non praeceptum. Credo, praeceptum. Cur ergo praeceptum est, si id fieri omnino non poterat? Necesse est enim[1]) confiteri alterum e duobus, aut praeceptum non esse, si fieri non potest, aut posse fieri, quia praeceptum est. Quoniam, ut superius diximus, nunquam Deus aliquid inpossibile praecepisset. Sed, ut, praeceptum esse, manifestum sit, sanctae legis utamur exemplis. Scriptum est enim[2]): *Sancti estote, quoniam ego sanctus*[3]) *sum Dominus, Deus uester*[4]). Et saluator in euangelio: *Estote perfecti, sicut et pater uester, qui in caelis est, perfectus est*[5]). Et beatus apostolus Paulus: *Omnia facite sine murmuratione et haesitatione, ut sitis inreprehensibiles et simplices, sicut filii Dei inmaculati*[6]). Et alibi: *Et uos, cum essetis aliquando alienati et inimici sensus eius in operibus malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem eius, exhibete uos sanctos et inmaculatos et inreprehensibiles coram ipso*[7]). Et iterum . . . .
poteris inuenire[8]).

V. 1. Errant enim nimium, qui in hoc se Christianos putant, quod[9]) christianum tantum possideant nomen, ignorantes, quod non res nomini[10]), sed rei nomen debeatur, et recte aliquem uocari, quod sit, quod non sit uero, uanum esse, si uocetur. Sed quaeris forsitan, quid sit Christianum esse. Breuiter tibi strictimque respondeam. Christianus ille est, in quo tria ista, quae in omnibus debent esse Christianis, poterint inueniri: scientia, fides, oboedientia: scientia, qua Deus agnoscitur, fides, qua agnito creditur, oboedientia, qua credito seruitutis obsequium commodatur. Sed haec singula per binas species diuiduntur[11]). Scientiae ergo species istae sunt: Una, qua esse Deum[12]) scimus, alia, per quam eius cognoscimus uoluntatem.

1) C. Necesse .ē. 2) So der C.; S. enim est. 3) C. qm̃ .ego. sc̃s. 4) Lev. 19, 2. 5) Matth. 5, 48. 6) Phil. 2, 14. 15. 7) Col. 1, 21. 22. 8) Zwischen ›Et iterum‹ und ›poteris inuenire‹ ist offenbar Mehreres ausgefallen. Zuvörderst eine mit jenen Worten eingeleitete Stelle aus den paulinischen Briefen, und sodann Worte, wie ›et multa talia‹ (oder ›et multa hujusmodi exempla‹ oder auch ›et multas huiusmodi sententias‹) in scripturis sanctis‹. Mit ›poteris inuenire‹ beginnt die Partie unseres Briefes, die wesentlich mit der Schlusspartie des kürzeren von den beiden Hieronymus beigelegten Briefen übereinstimmt (s. ob. S. 17–21). Die Worte ›poteris inuenire‹ stehen jedoch in diesem in ganz anderer Verbindung (Difficilius alicuius rei substantiam, quam uocabulum poteris inuenire). 9) So nach dem parallelen Text in dem kürzeren von den beiden pseudohieronymianischen Briefen. Der C. ›quo‹. 10) C. nominis. 11) So nach dem parall. T.; der C. *diri*guntur; S. di*rim*untur. 12) So nach dem parall. T.; C. Do*min*um (dñm).

Fidei uero species hae[1]) sunt: Una, qua Deum credimus, alia, qua Deo. Aliud enim est Deum credere, aliud Deo; quia omnis, qui Deo credit, et Deum credit, non omnis uero, qui Deum credit, Deo credit. Credimus enim Deum, cum esse confidimus; credimus uero Deo, quando fidem eius pollicitationibus commodamus. Oboedientia aeque geminas species habet: Una, qua malum facere prohibemur, alia per quam[2]) bonum docemur operari. Noscat ergo prudentia tua, hunc esse Christianum, qui fidelis fuerit, fidelem uero eum esse, qui iustus extiterit, iustum[3]) autem nonnisi illum, qui Dei mandata seruauerit, Dei uero eum seruare mandata, qui mali nihil, quod Deus prohibet, fecerit, et quicquid boni est, quod ipse fieri praecipit, obseruauerit, scriptura dicente: *Recede a malo et fac bonum*[4]). Nolo enim, censeas, illos saltim integros esse Christianos, qui quaedam bona faciunt, quaedam uero operantur mala[5]), cum scriptura dicat: *Qui uniuersam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*[6]).

VI. Dicis forsitan: Ipsorum mandatorum, quae nobis inplere necesse est, breuiter mihi species indica. Nihil esse breuius puto[7]), quam quod apostoli de sancti spiritus iudicio definierunt, dicentes: *Quaecumque uobis fieri non uultis, alii ne feceritis*[8]). Et ipse Dominus in euangelio: *Quaecumque uultis, ut faciant uobis homines, et uos facite illis similiter*[9]). Haec duo mandatorum genera si quis bene intellegat et custodiat, ab omni poterit alienus esse peccato. In his enim tota consistit plenitudo iustitiae, quia quisque, quod sibi non uult fieri, alii non fecerit, et non solum malum, quod inferri sibi moleste fert, alteri non faciet, uerum etiam omne, quod bonum est[10]), quod negari sibi ab altero non uult, alteri, necesse est, exhibebit. Iste enim non solum uicem boni, quod sibi non reddi non uult, aliis[11]) restituet, uerum etiam pro malo bonum, quod aeque sibi non optat abnui, repensabit[12]). Nullus enim est, qui uicem inlatae recipere optet iniuriae[13]). Illud etiam huic simile esse dinoscitur, ut quaecumque uolumus, ut faciant nobis homines, ita et nos illis similiter quoque faciamus. Uolumus enim nos honorari ab omnibus; et nos omnes honorare conueniet. Uolumus[14]), ut nemo nobis noceat; et nos similiter nemini nocebimus. Sed etiam,

[1]) So nach dem parall. T.; C. haec. [2]) C. qua. [3]) C. instus. [4]) Ps. 34, 15. 37, 27. [5]) C. malum. [6]) Jac. 2, 10. [7]) C. peto (r über e). [8]) Tob. 4, 16. [9]) Matth. 7, 12. Luc. 6, 31. [10]) So der C.; S. omne bonum. [11]) So der C. Alii? [12]) Der parall. T. *alio* repensabit. [13]) So nach dem parall. T.: der C. optat. [14]) So nach dem parall. T.; der C. ›Uolumus *enim*‹. Wohl durch Einfluss des vorangehenden ›enim‹ entstanden.

si nocuerimus, uolumus, nobis indulgeri; oportet ergo, et nos his, qui nos laeserint, ueniam dare. Debemus etiam inimicos diligere, quia nec eorum nos odio delectamur adfligi. Quid plura? Omnia, quaecumque esse possunt bona, in his testimoniis, si quis ea bene intellegat, continentur. Christiano enim laedere neminem licet, cui illud inplere testimonium conuenit: Nemini nocui homini, iuste uixi cum omnibus[1]). Non licet mentiri, non licet maledicere, non licet iurare, non licet malum pro malo reddere, non licet adulari[2]), non licet personas accipere, non inimicum odisse, quem amare praecipitur, sicut scriptum est: *Diligite inimicos uestros*[3]). Unde intellegat prudentia tua[4]), quem ei non diligere licebit[5]), qui etiam ipsum amare iubetur inimicum[6]), uel cui esse poterit malus, qui se odientibus esse praecipitur[7]) bonus. 2. Non licet auarum esse, nec superflua possidere, non in terrenis honoribus aut facultatibus gloriari, cui in praesenti tempore paupertas, non diuitiae, et ignominia magis, quam nobilitas conuenit, dicente scriptura: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo inuenies gratiam*[8]). Quisquis enim se Christianum profitetur, per omnia auctoris sui exempla sectetur, sicut scriptum est: *Qui dicit, se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulauit, et ipse ambulare*[9]). Christus enim sibi in hoc mundo nec genus, nec diuitias uindicauit. Quod filii Dei sumus, apostolus dicit: *Carissimi, nunc filii Dei sumus*[10]). Turpe est ergo Dei filio hominis se filium gloriari et uelle, se temporalem diuitem dici, cui perpetuae promittuntur diuitiae[11]), praesertim cum sciat, huius mundi diuitibus regna coelorum Dominum denegasse, euangelio dicente: *Facilius camelus intrabit per foramen acus, quam diues in regnum caelorum*[12]). Qui ista seruauerit, scias, hunc magnum esse Christianum, qui uero contempserit, non esse eum, sed frustra intellegas uocari[13]). 3. Et quoniam nobis per Christum non modo pietatis atque iustitiae, uerum etiam castitatis forma proponitur[14]), huius quoque exempli sectari normam[15]) debemus, ut illius nos perfectos probemus esse[16]) discipulos, qui et ipse uirgo esse uoluit et uirginibus caelestis regni praemium repromisit, sicut

[1]) S. die Anm. ob. S. 19 Anm. 29. [2]) So nach dem parall. Text und mit S.; C. adulare, was angeht. [3]) Matth. 5, 44. [4]) So nach dem parall. T.; C. intellegi *d*at prudentia tua; S. intellegi da*tur* prudenti*ae* tu*ae*. [5]) So mit dem parall. T.; der C. und mit ihm S. ›licebit diligere‹. [6]) Der parall. T. ›qui *etiam amare* iubetur inimico*s*. [7]) Der parall. T. praecipitur esse. [8]) Sir. 3, 18 (20). [9]) 1 Joh. 2, 6. [10]) 1 Joh. 3, 2. [11]) Der parall. T. ›diuitiae promittuntur‹. [12]) Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. [13]) Der parall. T. ›uocari intellegas‹. [14]) Der parall. T. ›pro*tend*itur‹. [15]) Der parall. T. ›normam sectari‹. [16]) Der parall. T. ›perfectos probemus *nos* esse‹.

in euangelio dicit: *Sunt enim spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum*[1]). Nihil est enim tam carum Deo, quam castitatis bonum, in quo praecipue eius similitudinem gerimus, si incorrupti et integri iugiter manserimus. Est enim infinita uirtus corporis uincere uoluptatem. Qui hostem uicit, fortior fuit, sed altero, qui autem libidinem repressit, se ipso fortior fuit.

VII. Haec interim honorificentiae tuae, ut epistolae breuitas passa[2]) est, credidi esse scribenda[3]), cupiens sanctitati tuae, si iniuriosum non sit[4]), praesens loqui et, de quibuscumque fueris consulere dignatus, te reddere certiorem. Opto, te semper Deo uiuere et perpetui consulatus honore gaudere[5]). Vale[6]).

VI.

Epistola de castitate.

I. Quamquam, illius Christianitatis[7]) te[8]) esse, cognouerim[9]), ut omne sanctitatis bonum uelut ingenitum teneas, et docere magis alios possis, quam doceri ipse desideres[10]), nihilominus tamen pro nimia sollicitudine caritatis, quam exhibere bonis praecipue cogit[11]), dum timemus, ne quid forte mentem tuam inter multa praetereat, maluimus superflui exhortatores existere, quam te[12]) boni aliquid ignorare, nihil damni passuri, si ea tibi uideamur intimare, quae noueris, si quid eorum, quae, ut assolet, nescias, suggeramus. Scis enim, saepe contingere, ut inter multa bona illud, quod magis necessarium est, lateat, et periclitentur alia, dum, quod maius[13]) est, ignoratur. Est etiam ista callidi et antiqui hostis astutia, qui non inmerito hominem odio liuoris insequitur, sanctitatis meritis scandescere[14]) illo conante, unde[15]) ipse[16]) causa praeuaricationis eiectus

[1]) Matth. 19, 12. [2]) C. pa*rs*. [3]) Der parall. T. ›credidi scribenda‹. [4]) Die Worte ›si iniuriosum non sit‹ fehlen im parall. T. [5]) C. *gaur*e (Abbreviatur mit Weglassung von ˜ über ›au‹). [6]) Im parall. T. fehlt ›Vale‹. [7]) C. christianitat*es* mit einem Strich (i) durch ›e‹. [8]) ›Te‹ über der Zeile von späterer Hand. [9]) Cognoueri*mus*? [10]) C. desider*as* (c über *a*). [11]) Cogi*mur*? [12]) C. quam*dum* (te über *dum*). [13]) C. mag*is* (iu über *is*). [14]) So der C. und mit ihm S. (A.); C. falsch ›*can*descere‹. [15]) S., der nach ›conante‹ einen Punkt setzt und mit ›Unde‹ ein Neues anfängt, hat die ganze Stelle nicht verstanden. [16]) So der C. und mit ihm S. (A.); C. falsch ›ips*a*‹.

est, ut necessarium ei bonum sub specie liciti auferat, per quod saepe etiam cuncta diripiat, doloso et maleuolo artifici similis, qui uniuersam fabricam domus exigua fundamenti inbecillitate disturbat. totum[1]) aedificatorem nonnumquam[2]) perdere faciens, dum minus diligenter adtendit, quod maxime continet totum[3]).

II. Fundamentum etenim sanctitatis atque iustitiae etiam castitatem esse, dubitare non poterit, quisque diuinae legis exempla tota intentus mente perspexerit[4]); quod si in aliquo uacillare coeperit, omnem eius fabricam nutare, metuendum est. Sed antequam de castitatis bono aliquid dicere incipiam, definitionem eius uideo esse necessariam, ne quisquam nos de ea tractare existimet, cui ab incontinentibus nomen inuentum est, apud quos iam castitas definitur, si ab adulterio incestuque cessetur, quamuis pudicitia assidua libidinum pollutione uioletur. Et reuera ad moechorum conparationem huiusmodi non inmerito sibi de castitatis bono plaudent, sicut et illi, si ad Sodomorum monstruosam libidinem prouocentur, aliquid de pudicitia gloriabuntur. Non idcirco tamen pudici habendi sunt, sicut nec Sodoma iusta, quamuis ad Israelis conparationem iustificata referatur. Nos enim de uera, non de coacta[5]) castitate tractamus, quam ita definiri necesse est, ut ab omni coitu et concupiscentia aliena esse teneatur, quae nec apud illos sincera esse[6]) credenda est, qui eam uel mentis motu uiolauerint, dicente Domino: *Quicumque uiderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eam in corde suo*[7]). Haec enim in utroque sexu uera est castitas, quae nec corpore, nec mente polluitur. Caeterum, quisque uel matrimonii sui[8]) semper incontinens est, castus quomodo dici possit, ignoro. Aliud est, si inter castitatem et incontinentiam nulla diuersitas est; quod si ita est, erit continens non castus, si incontinens castus, aut, si ratio non concedit, ut continens castus negetur, eadem[9]), et incon-

[1]) Ueber ›totum‹ steht mit ganz kleinen Buchstaben die Glosse ›.(. edificium‹. [2]) C. aedificatore. non numquā. [3]) ›Totum‹ ist im C. mit Recht zu ›continet‹ gezogen. S. hat es falsch mit dem folgenden Wort ›fundamentum‹ verbunden. [4]) Vor ›Fundamentum etenim — mente perspexerit‹ scheint Etwas ausgefallen sein zu müssen, da ›etenim‹ im Vorangehenden Nichts hat, worauf es zurückgehen kann, und daher die ›castitas‹ als zum ›fundamentum‹ gehörig ganz unvermittelt und abrupt auftritt. Oder wir müssen annehmen, der Verf. sei höchst unlogisch und ungeschickt zu seinem Thema, der ›castitas‹, übergegangen. [5]) So der C.; S. Non enim *de coacta, sed* de uera. [6]) Die Worte ›teneatur — esse‹ sind im Texte (per homoeoteleuton) ausgelassen, aber auf dem oberen Rande nachgetragen (hier und im Text das Zeichen +:). [7]) Matth. 5, 28. [8]) Ueber ›matrimonii‹ mit ganz kleiner Schrift ›.(. coniugis suae‹. [9]) Ueber ›eadem‹ mit ganz kleiner

tinentem castum haberi, prohibebit. Neque enim continentiae et incontinentiae negari diuersitas potest. Diuersitas enim eiusdem causae statum non potest obtinere. Dici quidem potest casta femina seruans uiro suo fidem, sed marito, non a marito, nisi etiam ab ipso continens fuerit. Uir quoque, si non moechetur, a moecha castus dicendus est, non a muliere, nisi et ab uxore sit continens; quoniam et uxor mulier esse credenda est. Uera[1]) enim castitas haec est, in parte concupiscentiae nullius sexus nosse consortium.

III. 1. Hanc[2]) enim in duas diuidimus species, unam uirginitatis et uiduitatis aliam. Huic matrimonii iungenda continentia est, cui coniunx ita uiuens moritur, ut habens non habeat[3]). 2. De prima ergo castitatis specie, uirginitatis scilicet, a nobis sermo promendus est, cuius bonum prius debemus monstrare, quam praemium, quia nemo de eius rei mercede dubitabit[4]), quam bonam esse cognouerit. De illa uero potest esse aliqua cunctatio, cuius ante praemium uidetur ostendi, quam meritum. 3. Dicis forsitan: Quid poteris de uirginitatis seu castitatis bono dicere, uel qua ratione eam matrimoniis anteferre, cum a Deo sciamus esse coniugia? Dicam in primis, quod Deo in hac parte sit similis, dum in integritatis sanctitate persistit. Neque enim dicere audebit, non superiorem statum diuinam[5]) illam potentiam obtinere. Hinc primum uirginitatis bonum respice, quod illud diuina magnitudo possideat. Amplectenda res homini, quae Deo digna est. Deinde post Dei etiam ministrorum eius statum nosse debemus. Audio, angelos, archangelos, thronos, dominationes potestatesque nominari. Hos omnes in singularitatis et castitatis norma esse, non dubium est. Neque enim aliud decebat, quam ut castitati castitas ministraret. Sed si dixeris, hoc illis non tam officii, quam naturae causa collatum, eo, quod spiritalis substantia matrimonii copulam habere non possit, respondere quidem poteram, etiam officii causam exegisse, ut tales crearentur, quorum nequaquam possit natura corrumpi, si non recordarer, angelos matrimonii inisse[6]) consortia[7]), per quod ostenditur, etiam angelos castitatem uoluntariam possidere[8]); cuius loci obscuritatem nunc dilu-

Schrift ›.(. ratio‹. [1]) Der C. und mit ihm S. ›*Mi*ra‹. [2]) Vor ›Hanc‹ steht im C. ›[.‹, wohl Zeichen, dass etwas Neues beginnt. [3]) C. hab*e*t*ur*; S. habeat*ur*. Vgl. 1 Cor. 7, 29. [4]) C. ›dubita*bi*‹ mit einem Strich durch der oberen Theil von ›b‹. [5]) So mit S.; C. diuin*ā*. [6]) S. in*ii*sse. [7]) Zufolge Gen. 6, 1. 2 nach der in der alten Kirche weitverbreiteten Ansicht, die hier erwähnten ›filii Dei‹ seien Engel gewesen, welche Ansicht unser Verf. getheilt hat. [8]) S. hat die Worte ›*si non* record*arer*‹ und ›*uoluntariam*‹ aus dogmatischer Rücksicht in ›*nec* record*or*‹ und ›*ex propria natura*‹ corrigirt.

cidari[1]), prolixum est. Accipe etiam humani generis exemplum, sacerdotum scilicet, quos adsistere et Deo hostias offerre nonnisi continentes licet; unde procul dubio, incontinentiam Deo ministrare non posse, [constat[2])]. 4. Quid de uniuersis hominibus loquor, quos tamdiu nuptiarum licebit exercere commercia, quamdiu secundum apostolum in praesenti tempore a Domino quodammodo uidentur extorres[3])? Postquam uero resurrectionis dies nos eidem fecerit esse praesentes, et illud beati Iohannis fuerit in nobis inpletum: *Uidebimus eum, sicuti est*[4]), nubere ultra iam non licebit, dicente Domino: *In resurrectione autem neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in caelo*[5]). Unde datur intellegi, angelis ob nimiam Dei familiaritatem matrimonii causam non fuisse concessam, quando[6]) illis, quibus aliquando indulta fuerit, postquam diuina propinquitate[7]) angelis similes esse coeperint, iam[8]) denegetur. Uide ergo, quanta beatitudo sit, ita se in praesenti aliquem exhibere, ut et Deo et Dei ministris possit similis inueniri et normam iam futuri temporis possidere. 5. Paruum ergo bonum putas, hominem, sicut a primordio factus est, Dei similitudinem etiam in corporis integritate seruare et tantae maiestatis simile aliquid habere perpetuum? Dicit enim scriptura: *Et fecit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam*[9]). Non inmerito; incorruptum enim eum fecerat, qui propria postmodum est uoluntate[10]) corruptus, licet non sine Dei nutu; cuius rei postea conabimur reddere rationem, dummodo ad hoc tantum praesens proficiat exemplum, ut ostendamus, eum, qui primus ad imaginem Dei factus est, incorruptum esse creatum. Neque enim aliud prima debuit natura possidere, quam quicquid[11]) est primum. Primus enim uirginitatis et incorruptionis status in ipso humani generis principe dedicatus est, in quo iam figuraliter ostensum est, maiorem de uirginitate quam de matrimonio Dei curam [esse[12])]. Illam propria formauit manu, hoc hominum arbitrio dereliquit[13]). Quale ergo bonum sit, quaeso, diligenter aduerte, talem te semper esse, qualem a[14]) primordio hominem Deus fecit, et qualem postmodum partus emisit. Uide, quantae beatitudinis sit,

[1]) So der C. und mit ihm S. Dilucidare? [2]) »Constat«, was im C. fehlt, schon von S. ergänzt. [3]) 2 Cor. 5, 6. [4]) 1 Joh. 3, 2. [5]) Matth. 22, 30. [6]) C. *iam* quando. S. hat »iam« ausgelassen. Ich habe es an die Stelle von »esse« vor »denegetur« gesetzt. [7]) C. und mit ihm S. »propinqu*an*te«. Ueber dem »a« von »diuina« und »propinquan« steht im C. ».(. familiaritate«. [8]) Der C. »esse«, was S. in »ea« verwandelt hat. Vgl. Anm. 6. [9]) Gen. 1, 27. [10]) So mit S.; der C. »uolu*p*tate«. [11]) So der C.; S. *quod*. [12]) »Esse« fehlt im C. [13]) C. dereliṇquit (der Punkt unter »n« mit schwärzerer Dinte vom Corr.). [14]) C. qualē.ⁿ.

hoc te perpetuo esse, quod factus es et primae natiuitatis lineamenta[1]) seruare. Nemo enim corruptus nascitur, nec ante legitimi temporis spatium quispiam corruptione uiolatur. Omnis homo[2]) inter initia sua uidetur habere, quod primum est, ut inexcusabilis postmodum sit, si id neglegentia propria amiserit, quod naturaliter possidebat. 6. Nunc ergo elige, quid[3]) melius sit, quod primum natura dedit[4]), an quod postmodum usus exhibuit. Neque enim dicere fas est, castitatis onerosam esse custodiam, quae multo difficilius amittitur, quam tenetur. Et hoc uerum esse, sic accipe. Uolenti enim semper uacare luxuriae et infinitae uoluptatis libidinem exercere cupienti multae causae contrariae sunt: pueritiae initia, in qua quis constitutus, quamuis nimis cupidus sit[5]), ante certum tempus non potest integritatis signa uiolare; febrium diuersorumque causa morborum, qua quis occupatus a libidinis non modo possibilitate, uerum etiam uoluntate secernitur; decrepita iam et defessa senectus, quae uicinam magis suspirare mortem potest, quam cogitare luxuriem; ipsius[6]) postremo causa naturae, quae, sine interuallo hominem libidinari, non patitur. Ab his omnibus necessitatibus castitas inmunis et libera est, quam tam forti munit natura praesidio, ut possessore suo nonnumquam inuito seruetur. Huic nec nimia aetatis teneritudo inpedit, nec senectus longaeua praeiudicat, nec natura eius[7]) aduersatur, nec causa morborum. Omnis eam semper custodire aetas potest, omnis sine cessatione ualetudo retinere. Difficilius enim a nolente amittitur, quam a uolente seruatur. Quid plura? Nemo uel unius horae spatio continuo poterit exercere luxuriam, castitatem uero perpetuam, quisque[8]) uoluerit, aetate[9]) seruabit. Et hoc Dei prouidentiam ita disposuisse, quis nesciat, ut ea res custodiri facilius posset, quam sibi Deus uoluerat exhiberi? Quis igitur castitatem seruare iam dubitet, cuius bonum pronum non minus uidetur esse, quam magnum? Quis iam uelit fauere luxuriae, cuius nec diuturnitatem poterit sperare, nec praemium? Postremo quisque prudens et sapiens est, iudicet, quam rem habere potius malit, eam, cuius nulla expectatur merces, et cuius cum difficultate breuis et

1) C. liniamenta. 2) C. oms (i̇ *homo* über der Zeile) (›homo‹ über der Zeile mit kleinerer Schrift). 3) C. elige.qd (i über der Zeile) (mit einem Strich durch den oberen Theil von ›d‹). 4) Die Worte ›quod — dedit‹ sind im Texte vergessen und am Rande mit kleinerer Schrift nachgetragen (nach ›sit‹ steht :·). 5) Der C. und mit ihm S. ›quamuis nimis cupide‹ ohne ›sit‹. 6) So der C.; S. *in* ipsius. 7) Ueber ›eius‹ mit ganz kleinen Buchstaben die Glosse ›.(. castitatis‹. 8) So der C.; S. quisquis. 9) So der C.; S. *in* aetate.

exigua possessio est, an illam, quae et in perpetuo haberi potest et caelestis mercedis praemio munerari.

IV. 1. Sed, ut de futuri temporis causa, in quo super omnia remuneranda est castitas, paululum reticescam et praesentis interim conditionem tractare contentus[1]) sim, puto, me non modo religiosis et fidelibus et pudicitiae praemium de Dei pollicitatione sperantibus, uerum etiam incredulis atque profanis perfacile posse persuadere, matrimoniis[2]) continentiam praeferendam, et in praesenti etiam beatum fore, qui eius uoluerit felicitate gaudere. 2. Sed nullius rei bonum dinoscitur, priusquam contarietatis eius[3]) causa noscatur; nam ante languoris experimentum ipsa etiam sanitas uilis est. Quapropter oportet nos nuptiarum prius explicare miserias et tunc de singularitatis[4]) prosperitate disserere; non quo nuptias haereticorum more damnare uelimus, sed quo eminens uirginitatis bonum euidentius demonstremus. Quamquam, etiam silentibus nobis et de castitatis beatitudine praeconia nulla promentibus, quantum sit pudicitiae commodum, sentiat, qui matrimonii casus tota intentus mente conspexerit. 3. Oro te, quisquis nuptiarum uincla[5]) desideras, ut respondeas mihi, quo hoc consilio facias. Si adolescentiae, semper lubrica[6]) et uaga iuuentus[7]), et quae diuersis cogitationum fluctibus incerta uoluatur, ne quando maturum possit habere consilium. Si uulgi, quid enim uulgo insipientius, nisi qui eum sapientem existimat? Si affinium, nec eorum in omnibus probanda sententia est, eo quod plerumque soleant, non, quae expediunt, sed, quae cupiunt, suadere. Cuius ergo, inquies, consilio mihi uiuendum est, si nec proprio, nec uulgi utile est, nec parentum? Pauli scilicet et, ut amplius dixerim, Christi, qui in Paulo loquebatur, cuius tibi postmodum, cum ad sanctae legis testimonia uenero, consilium indicabo. Nunc interim[8]) de mortalibus et de ipsius naturae sensibus disputem, quo magis erubescamus, si illud bonum habere noluerimus Christiani, quod etiam natura commendat. 4. Esto, consentiam tibi, quod habere matrimonium debeas. Hoc primum a te quaero, si aetatis tuae certam potes tenere mensuram, ne, ut mortalis conditio est, a nuptiarum hora te in his uotis positum extrema abripiat dies et

1) C. contēptus. 2) C. ›matremi[o]niis‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 3) C. quā[b] contrarietatis eius pri[a]us. 4) S. hat zu ›singularitatis‹ die Glosse ›id est caelibatus‹ hinzugefügt. 5) So der C.; S. uincula. 6) Ueber ›tiae‹ von ›adolescentiae‹, ›semper‹ und ›lu‹ von ›lubrica‹ steht die Glosse ›.(. consilio facis‹. 7) Ueber ›us‹ von ›iuuentus‹ steht die Glosse ›.(. ē(est)‹. 8) C. Nunc i[n]terī.

duplici feriat[1]) damno, castitatis, quia[2]) nubere uoluisti, et matrimonii, quia[2]) morte praeuentus sis. 5. Sed incerta concedam. Esto, uotis tuis in diuturnitate uitae secundus faueat euentus. Quaero, si eius, quam ducturus es, bene probatos habeas mores; scis enim ipse, in feminis bonum difficile reperiri, humanis etiam contestantibus litteris: Uarium et mutabile semper femina. Omnem speciem ante cuique licebit probare, quam conparet, praeter solam uxorem, quam non licet cuipiam prius nosse, quam ducat. Et hoc ex maxima procedit industria; nam et cuiuslibet reprobae mercis negotiator examinis iudicium timet. Fieri enim potest, ut aut superba, aut contumax sit, aut iracundia[3]) saeua, aut uinolentia inpudens, aut procacitate uerbosa, aut foeditate horrida, aut decore metuenda, quae concupiscatur ab aliis, aut ipsa alios concupiscat. Nescis etiam, utrum prudens esse possit, an stulta; et in his utrobique metuenda conditio est, ne aut quasi insipiens facile seducatur, aut quasi sapiens crimen suum callida occultet astutia. Duplex etiam in hac parte metuenda calamitas est. Si talis lateat, erit sine fine malum, et sine cessatione peccatum, et marito[4]) grande dedecus, quem exultans sodalibus et amicis suis ubique ad digitum adulter uxoris ostendet[5]). Continget etiam illi acerbum[6]) malum, ut alienos filios suos putet, et ignorans amet, quos, si sciret, odisset, et adulteram prolem cohaeredem suorum instituat filiorum, eritque sui uernaculae[7]) uelut ignarus fautor. Si iterum detegatur huiusmodi, ecce grauius aliquid, dum tale obprobrium ad publicum uenerit, dum omnes inde loqui coeperint; nec est (proh dolor!) aliqua in tali causa miseratio. Hoc solum crimen est, quod et derisum meretur et poenam; eritque forte grauis maritus et sapiens insipientium fabula. Detrahet[8]) illi nec[9]) suis famulis conparandus[10]). Quanta eum insuper[11]) afficient mala! Cogitur accusare, quam diligit, et eius mortem inuitus optare. Conluctabitur cum affectu pudor. Tali enim indulgeri, non patietur uerecundia; damnare, quam diligit, grauiter tolerabit affectus. Dehinc, quid potissimum doleat, ignorabit, orbitatem[12]), an obprobrium. Pudoris erit lugere, quam ipse damnauerit. Nemo infelicius amittit uxorem, quam qui confunditur flere, quam perdidit. Filios etiam odisse cogitur, dum, an ipsius sint, dubitabit. Erit non minus pater inpius quam crudelis filiis[13]). Ubi ponimus,

1) So mit S.; C. feriat*ur*. 2) So der C.; S. qu*od*. 3) C. iracund*a* (i *über* a). 4) C. und mit ihm S. mariti. 5) So der C.; S. ostendit. 6) C. acerbus. 7) ›Uernacula‹ ist hier als Masc. gebraucht. 8) So der C.; S. Detrahit. 9) So der C.; S. *uel*. 10) So der C.; S. comparan*do*. 11) C. eum. super (*.in* über der Zeile). 12) C. orbita*n*tem. 13) Der C. und mit ihm S. ›fili*us*‹.

quod alios letali[1]) ab uxoribus poculo, alios gladio diuersisque mortibus[2]) ab earum adulteris legimus interemptos? Nihil horum timeas, si certus es, nemini contigisse; aut, si prouenisse nosti, et te hominem esse, cognosce. 6. Sed esto, ita tibi in omnibus nubendi obsecundet[3]) euentus, ut nihil tale eorum sit in illa, quam duxeris, quae illius generis singulae solent ex integro possidere. Procreandorum certe liberorum causa quis nuptias expetit, et unde scit, ne forte sterilem contingat esse, quam duxerit? Quod si ita acciderit, in uanum prodacta[4]) est castitas. Neque enim licebit illi alteram quaerere. 7. Sed ut hic spem commodemus incertis: Esto, sterilis non sit, esto, fecunda sit. Ubi ponimus casus partus et tumentis uteri infinita discrimina? Solet enim nonnumquam contingere, ut, quacumque causa faciente, conceptus moriatur in utero, simul[5]) periclitetur et genitrix[6]). Prouenit etiam tanta necessitas, ut, dum matri prouidetur, medicorum spiculis[7]) infantia innocens intra ipsius uteri secreta lanietur. 8. Sed adhuc meliora credamus, et, humanis nos contingi non posse casibus, opinemur Concedamus et partus felicitatem, quae summa illi est, si non aut generandus, aut genitrix[8]), aut utrique uita priuentur. Certe[9]) non licet, ut absque mortis periculo transigatur. Ubi ponimus, quod nonnunquam paruulus aut strabus, aut caecus, aut pede, aut manu, aut quocumque membro debilis procreatur. Aliquotiens etiam cum daemonio nascitur. Sed esto, omnibus membris integer natus sit, esto, fortis ac[10]) ualidus procreatus. Est adhuc latens aliquid, quod formidolosam ingerit parentibus suspicionem, dum, qualis esse possit, ignorant, utrum sapiens, an stultus, utrum sensatus, an excors. Si sapiens, uerendum est, ne non diu uiuat, si brutus, uerendum est, talem fuisse progenitum. 9. Sed et ista omittamus. Ecce feliciter natus est, ecce prospere educatus. Sit etiam excellentissimae memoriae et singularis ingenii et omnium, quae esse morum ornamenta possint, disciplinarum peritia et grauitate decoratus. Si contingat ei, quod omni aetati commune est, ut, dum in adolescentiae florentis auspiciis est, dum talis ac tantus, ut non a propinquis solum, uerum

[1]) C. *lo*tali. [2]) C. mo*r*ibus. [3]) C. und mit ihm S. obsecund*a*t. [4]) So der C.; S. pro*ie*cta. Ohne Noth. [5]) So der C. und mit ihm S.; L. simul*que*. [6]) C. ›pereclitetur‹ und ›gen*e*trix‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹ beider Wörter. [7]) C. ›sp*e*culis‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. ›Spiculum‹ ist wohl hier Lancette oder ein Instrument mit einem Widerhaken. Bei Georges fehlt diese Bed. [8]) C. ›gen*e*trix‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. [9]) So mit S.; C. *Ceterū*. [10]) So mit L.; der C. und mit ihm S. ›*aut*‹.

etiam ab exteris diligatur, repentina morte rapiatur, omnis subito parentum uana efficietur spes, omnis cura frustratur[1]). Mutantur doloribus gaudia, et sero procreasse iam poenitet, quem semper habere non licuit. Cogita ergo, quanta illorum beatitudo quantaque felicitas sit, qui ab huiusmodi casibus liberi sunt, et qui tantarum cladium nec suspicione terrentur. 10. Multos etiam saepe comperimus post paucos nuptiarum dies subita morte direptos, ut ad hoc tantum nupsisse uideantur, ne castitatis aeternitate gauderent. 11. Et illud ubi ponimus, quod temporibus nostris auctore diabolo sic uitiata sunt omnia, ut paene nihil sit, quod absque idolatria transigatur, scriptura dicente: *Neque uitam, neque nuptias mundas iam custodiunt*[2]), ab auguriis scilicet et auspiciis et caeteris, quaecumque ad idolorum uidentur pertinere suggestum. Et ut, in hoc loco[3]) [idolorum cultum[4])] intellegendum esse, non nescias, sic sententiam clausit: *Nefandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est, initium et finis*[5]). Haec in matrimoniorum celebratur[6]) auspiciis, quando certus excipitur[7]) dies, quando coniunctionis hora signatur[8]), quando, ne quid infausti ominis incurratur, sollicita et diligenti cura seruatur. Et cum scriptum sit: *Non augurabitis, non auspicabimini*[9]), auguriis et auspiciis omnia digeruntur[10]). Taceo de confusa turba bacchantium[11]), de obscenis cantibus, de ebrietatibus temulentis, quae cuiuis horrere honesto uiro possunt, nedum Christiano, cuius et auditus et uisus ab omni turpitudinis probro esse iubetur inmunis, scriptura dicente: *Grauans aures, uti ne audiant iudicium sanguinis*[12]). Et alibi: *Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem*[13]). 12. Et illud, oro, quale est, quod sic, coalescentibus uitiis, omnia uertuntur in peius, ut, dum cupiditati prospicitur, nec ipsius naturae disciplina seruetur? Parum est quibusdam, quod auaritiae crimine inuoluuntur, quam etiam idolatriam esse et omnium malorum radicem apostolus statuit[14]), nisi[15]) auaritiae iungatur et stuprum. Quosdam non pudet cum parentibus suis et paene sororibus[16]) cupiditatis non minus quam uoluptatis ardore matrimonii inire consortia, et hoc, ne dispergantur opes, ne patrimonium diuidatur. Digna reuera coni-

1) So der C.; S. frustra*bi*tur. Ohne Noth. 2) Sap. 14, 24. 3) S. hat ›loco‹ weggelassen. 4) Worte, wie diese, sind wohl hier ausgefallen. 5) Sap. 14, 27. It.; Vulg. hat ›*et initium et finis*‹ (nach dem Grundtext). 6) C. celebra*r*itur (der Punkt unter ›i‹ schwärzer). 7) So der C.; S. *auspica*tur. 8) C. sign$\overset{a}{e}$tur. 9) Lev. 19, 26. It. LXX: *οὐκ οἰωνιεῖσθε οὐδὲ ὀρνιθοσκοπήσεσθε.* 10) C. diger$\overset{v}{a}$ntur. 11) C. *ua*cantium. 12) Jes. 33, 15. It. 13) Ps. 119, 37. 14) 1 Tim. 6, 10. 15) C. und mit ihm S. ›nisi *ut*‹. 16) C. soror*is*.

unctio auaritiae cum stuprosa libidine! Ut enim illa non erubescit aliena diripere sibi iungenda, ita et haec cum suis non confunditur copulari[1]). Exsurge, sancte Paule, exsurge, apostole, qui Corinthios eo, quod inter illos audiretur talis fornicatio, qualis nec inter gentes, seuerius castigasti! Increpa nunc et nostri temporis Christianos, apud quos nuptiae nec honestis quidem dignae de gentibus[2]) celebrantur! Quamquam iam satis eos increpaueris, cum cupiditatem malorum omnium radicem esse definisti, quae si non esset, nec ista contingerent. Dicis mihi: Sancto Abrahae licuit[3]). Sed uetera transierunt, et facta sunt omnia noua. Sed nusquam hoc inhibuit apostolus. Uide, si non fecit. Qui hominem abstinere etiam a legitimis nuptiis suadet, considera, an cum parentibus commisceri permiserit. 13. Haec idcirco protulerim, ut casus ostenderem nuptiarum, a quibus omnibus pudicitia iumunis et libera est. Sed relinquamus haec[4]) omnia et ita ab omni incursu[5]) matrimonia aliena esse credamus, quasi quae Deo per omnia placeant. Quid prodest diligi, quod semper haberi non poterit? Quid prodest expeti, quod, quamdiu potiri possit, incertum est? Sed etiam si toto huius uitae tempore[6]) teneatur, breue est omne, quod quandoque finitur.

V. 1. Sed dicis mihi: Haec quidem uera ratio est et experimentis plurimis conprobata, sed mihi non sufficit, nisi eam etiam scripturarum auctoritate firmaueris et earum testimoniis bonum castitatis ostenderis. Accipe ergo legis exempla. 2. Uolens Deus descendere in montem Sina et uniuerso populo maiestatis suae praebere conspectum, loquitur ad Moysen: *Descende, sanctifica populum hodie et cras, quoniam die tertia descendet Dominus in montem Sina. Et descendit Moyses ad populum et sanctificauit eum et dixit eis: Estote parati tribus diebus, et ne accesseritis ad mulieres*[7]). Quo ostenditur, inter caeteras sanctificationum species castitatem fuisse necessariam, et datur intellegi, quod absque ipsa perfecta sanctitas esse non possit. Et si tantum illis tunc exigui temporis continentia profuit, ut diuinae claritatis uisione gauderent, uide, quanta illi remuneratione sint digni, qui etiam, quod[8]) naturaliter acceperunt, perpetua uoluerint integritate seruare. Erunt non modo Dei breuis temporis[9]) inspectores, uerum etiam aeterni cohabitatores, nec aliud

[1]) C. *e*pulari (übergeschrieben: *co*). [2]) S. dignè *deg*entibus (C. dignę). [3]) 1 Mos. 20, 12. [4]) So der C.; S. hat ›*licet*‹ st. ›haec‹. [5]) Ueber ›incursu‹ steht im C. die Glosse ›.(. periculo‹. Das Wort entspricht unserem ›Unfall‹. [6]) Der C. und mit ihm S. ›si tot*a* huius tempor*is* uit*a*‹. [7]) Ex. 19, 10. 11. 14. 15. It. [8]) Der C. und mit ihm S. *ut*. [9]) So mit S.; C. breu*i* temporis, **Breu*i* tempor*e*?**

credi ueritatis ratio patitur, quam ut sempiterna castitas aeterna mercede pensetur. 3. Accipe et aliud. Dauid, cum Saulis regis furias properata fugae declinatione uitaret et panes, quos secum ferre festinationis pauor negauerat, cum comitibus suis in itinere non haberet, peruenit ad templum Domini et ab Abimelech[1]) sacerdote fame non minus quam itineris labore defessis refectionem poposcit. Cui ille: *Non sunt panes*, inquit, *abunde sub manu mea, nisi panis sanctus unus. Si custoditi sunt pueri a muliere, manducabunt*[2]), ostendens, facilius potuisse incontinentes inedia[3]) mori, quam panem sanctificationis accipere. Unde deriuatam puto egregiam illam ante communionem sacerdotum nostrorum praefationem: *Sancta*[4]) *sanctis*, ut, qui se non sanctificatum agnouerit, sancta sibi intellegat non debere contingere. Deinde quod panes illos, qui sancti tunc temporis habebantur, secundum legem[5]) et ipsius saluatoris nostri exemplum[6]) nonnisi solis sacerdotibus attingere licebat[7]); unde ostenditur, quod pudicitia sacerdotio aliquatenus conparetur, cui edere licuit, quod tantum sacerdotibus debebatur insumere[8]). 4. Et alibi pudicitiae bonum in scriptura testatur, cum populus ob Dei offensam grauiter interiisset. Dicit enim: *Et non erat derelictus in Israël iam*[9]) *praeter continentes*[10]). Per quod intellegitur, castitatis suffragio alia nonnumquam peccata releuari. 5. Et si illis tunc temporis tantum pudicitia praestitit inperfecta et breuiter custodita, quantum nobis conferre poterit solida aeternitate seruata!

VI. 1. Haec de testamento ueteri, ubi pro qualitate temporis libidinosis[11]) nubere iubente[12]) pudicitiae dignitas minore adhuc claritatis suae splendore radiabat. Ueniamus ad nouum, ubi plena lance[13]) et integro lumine nullo iam nubere[14]) iubente[15]) castitas[16]) coruscantes radios sui fulgoris emittit, quae ex eo clarior esse coepit, quo[17]) totius maiestatis Dominum et concepit et peperit. 2. Unde quod[18]) potissimum proferamus exemplum, aliud non inuenio, quam

[1]) C. et. abimelech (über der Zeile: *ab*) (»ab«, wie es scheint, von späterer Hand). [2]) 1 Sam. 21, 4 It. [3]) C. ineia (über der Zeile: *.d*) (daneben über dem »tes« von »incontinentes« und dem »in« von »ineia« von späterer Hand »inedia«). [4]) Der C. und mit ihm S. *sanctam* (scām). [5]) Der C. und mit ihm S. »leges«. [6]) Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. [7]) »Licebat«, was im C. fehlt, schon von S. ergänzt. [8]) So der C. (was nur für die Priester aufgewendet werden sollte); S. hat »insumere« weggelassen. Debeb*at* insum*i*? [9]) So der C.; S. hat »iam« zwischen »Et« und »non«. [10]) Wo stehen diese Worte? [11]) So mit S.; C. libidin*is*. [12]) So mit S.; C. *proh*ibente. [13]) So der C.; S. l*una*. L*uce*? [14]) C. ęre. [15]) C. und mit ihm S. *proh*ibente. [16]) So mit S.; C. *luxurię*. [17]) So der C. und mit ihm S. Quo*d*? [18]) Der C. und mit ihm S. »quo«.

ipsius Domini, qui castitatis decus in utroque sexu dignationis suae dedicauit aduentu[1]), in matre uirgine et in semet ipso, qui tam permanere uirgo uoluit, quam de uirgine procreari. Incipiat tibi placere iam castitas, quae talibus[2]) commendatur exemplis. Pulchre enim incorruptionis bonum Dominus in carne etiam habere uoluit, quod iam possidebat in spiritu. Quale ergo bonum est, quod elegit diuina maiestas, uel quanta illius hominis et quam magna felicitas, qui illam habere uoluerit gloriam, qua Deo et Dei filio possit aequari! 3. Sed et illud non otiose considerandum puto, qualis Dominum ad praeparandas uias eius, corda utique hominum, propheta processerit, uirgo, nisi fallor[3]), etiam ipse, qualisque[4]) de eo, cum primum a parentibus templo fuisset inlatus, per spiritus gratiam prophetauerit, Symeon scilicet ille iustus, de cuius matrimonio nihil scriptura testatur. Frequenter enim diuina lex uidetur negare, quod tacet. Et Anna usque ad annos iam octoginta quatuor uidua. Postea etiam quam docere coepit, omnes eius discipuli aut continentes fuisse inueniuntur, aut uirgines. Quaeso diligenter inspicias, quomodo primum noui testamenti exordia coeperint, uirginitatis, nisi fallor, et uiduitatis exemplis significantibus, ita omnes nos debere esse post Christum. 4. Illud etiam cogitandum nobis est, an legislatoris nostri sequi debeamus exemplum. Nam ut legislator Iudaeorum Moyses, ita Christianorum Christus. Aut numquid minus debent Christiani Christum, quam Moysen Iudaei imitari? Ipsius etiam testamenti, quod nobis per[5]) Christum et legis ueteris adinpletione[6]) aliud quodammodo factum est, uocabulum non praetereundum puto. Nouum audio testamentum, apostolo dicente: *Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti*[7]). In quo nouum, si noui nihil adnuntiat? Quid noui adnuntiat, si, ut ante Iudaei uixerunt[8]), uiuendum est? uel quid profuit, uenisse Christum, si etiam post eius aduentum ueterum per omnia exempla sectanda sunt?

VII. Dices[9]) forsitan: Haec quidem uehemens ratio est, sed exemplis potius, quam doctrinae consolidatione[10]) munitur; ego autem etiam doctrinae auctoritatem desidero. Respondere quidem poteram, exempla Christi non minus perfici debere, quam uerba, scriptura dicente: *Qui dicit, se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulauit, et ipse ambulare*[11]). Sed uideamus, si etiam ser-

[1]) C. aduentū. [2]) C. *et a*libus. [3]) S. hat »nisi fallor« weggelassen (eine Art dogmatischer Correctur). [4]) C. qual*ese que* (i über e). Am Rande ˘qualisque (vom Corr. oder vom Schreiber selbst?). [5]) So der C.; S. p*ost*. [6]) So der C.; S. adinpletion*em*. [7]) 2 Cor. 3, 6. [8]) S. uixere (C. uixer̄). [9]) C. D*uci*. [10]) So mit S.; C. consol*at*ione. [11]) 1 Joh. 2, 6.

monum eius possumus reperire doctrinam. Dicit enim quodam in loco: *Si uult quis post me uenire, abneget semet ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me*[1]). Quomodo intellegendum est: *abneget semet ipsum sibi*, cum semet ipsum[2]) homo sibi negare[3]) non possit, eo quod conscientia eius non recipiat, ut se aut non esse putet, aut alterum possit aestimare, quam fuerit? Puto enim, hoc esse negare se. Uerbi gratia, si cui dicatur: Tu es Lucius, et, cum ipse sit, non se esse respondeat, hoc apud alterum si forte ualebit, non tamen apud semet ipsum. Quomodo ergo sentiendum est: *abneget semet ipsum sibi?* Nisi fallor, ut sibi non uiuat, et ut omne hominis desiderium abdicet, ut uniuersam carnis et corporis respuat uoluptatem, ut moriatur penitus sibi et illi totus uiuat, cuius morte redemptus est, apostolo dicente: *Christus pro omnibus mortuus est, ut, qui uiuunt, non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est*[4]). Hoc est enim abnegare se sibi, nullius iam humanae uoluptatis cupiditatibus subiacere; et, si qua ei ex parte exterioris hominis cogitatio uenerit, respondeat et dicat: Nescio te, homo! Quamdiu meus fui, suggestionibus tuis etiam libens adquieui. Nunc me Christus sanguinis sui pretio conparauit. Meus non sum, nec meam iam possum facere, sed eius, ad quem pertineo, uoluntatem. Obsecro te, quando[5]) nubere libebit uel de matrimonio cogitare, qui huius uim uoluerit inplere mandati? Certe uxor proprio hominis commodo procuratur, et non aliquid Deo[6]) uideris conferre, si nupseris, qui te magis permanere optat innuptum. Quomodo ergo te ipsum tibi abnegasti, si adhuc propriam exercere desideras uoluntatem[7])? Et quid sequitur: *tollat crucem suam et sequatur me.* Non libet, mihi crede, luxuriari uel licite[8]) crucifixos, nec Christi mandata seruantes de carnis uoluptatibus cogitare. Numquam ista uox in connubiorum copulatione perficitur. Nam ut illi, qui dicentem Christum audiunt: *Si quis uult post me uenire, abneget semet ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me*, nubere omnino non possunt, ita et eos, quibus nimio expetere matrimonia desiderio[9]) libet, dicentis uocem puto audire luxuriae: Si quis uult post me uenire, uendicet se totum sibi et tollat uoluptates suas et sequatur me.

VIII. 1. Sed et illum locum silentio nos praeterire non conuenit, in quo apostoli, nuptiarum difficultate conperta, dixisse Domino referuntur: *Si talis est causa uiri cum muliere, non expedit nubere*[10]).

[1]) Matth. 16, 24. [2]) So der C.; S. se ipsum. [3]) C. negari. [4]) 2 Cor. 5, 15. [5]) So der C.; S. quomodo. [6]) C. Deus (ds). [7]) So mit S.; C. uoluptatem. [8]) So der C.; S. nec licet. [9]) S. hat hier die Worte ›praeter honestos fines‹ hinzugefügt. [10]) Matth. 19, 10.

Satis ardua et districta[1]) responsio, et quae quodammodo eius rei causam interdixisse uideatur, quam non expedire testatur. Quis[2]) enim nisi minus sapiens uelit, quod non expedit, exercere? Aliud est, si, quod non expedit, nec in aliquo obesse cuiquam potest. Ergo nec, quod expedit, proderit, si, quod non expedit, obesse non poterit. Aut si confiteri necesse est, quod, quicquid expedit, prodest, omne, quod non expedit, obesse e[3]) contrario, negari non poterit. 2. Sed forte discipulorum adhuc tunc temporis nouellorum rudem et praecipitem definitionem Dominus magisterii sui auctoritate dissoluerit. Audiamus ergo, quid dicat, et dicti ipsius uim sollicita mente pensemus. *Non omnes capiunt*, inquit, *hoc uerbum, sed quibus datum est*[4]). Confirmauit, ut opinor, sententiam, quam magnitudinis suae difficultate laudauit, cui si displicuisset, ita eum respondere conuenerat: Satis dure et inrationabiliter definitis. Et quomodo stare poterit mundus, si prolis causa non fuerit? Dicendo uero: *Non omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est*, hoc eum sensisse, credendum est: Bene quidem definitis, sed huius uerbi magnitudo tanta est tantaque sublimitas, ut illud nonnisi, qui satis diligenter scrutantur, accipiant. Nolo enim, sic intellegi dictum *Non omnes capiunt uerbum, sed quibus datum est*, quasi castitatem nonnisi illi possideant, quibus etiam non uolentibus et fatali, quod aiunt[5]), necessitate conlata sit, ne et gratiosum Deum statuas et castitatis praemium tollas et uanam utrobique eius exhortationem facias, si eam, non qui capiunt, sed quibus diuinitus indulgetur, obtineant. Tam uana erit exhortatio rei non uoluntariae, quam praemium iniustum, et tam non culpari merebitur, qui pudicitiam negatam sibi non habuerit, quam, qui collatam possederit, coronari. Quomodo ergo intellegendum est *Non omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est?* Noli ab scripturae sono discedere, et errare non poteris. Uerbum dixit datum, non castitatem, quam aliunde sperare non possumus, quia, cum habemus, naturaliter possidemus. Nostra est enim, quae nobiscum nascitur et in nobis est; ita non est spectanda, sed custodienda, quae in nobis est. Hoc ergo custodiendae castitatis uerbum non omnes, sed, quibus datum est, capiunt. Quibus ergo datum est? Omnibus Christi discipulis, qui et euangelium et apostolum legunt, ubi, non aliud magis Deum, quam castitatem uelle, cognoscunt. Quibus uero datum non est? Paganis

[1]) Das Wort sieht im C. aus wie ›di*f*ricta‹. [2]) C. Qu*i*. [3]) Im C. fehlt ›e‹. Vielleicht ist doch das zweite ›e‹ von ›obesse‹ und das ›e‹ vor ›contrario‹ nur durch ein ›e‹ ausgedrückt. [4]) Matth. 19, 11. [5]) C. a*g*unt.

scilicet et Iudaeis et quibuscumque novi testamenti doctrina ignota est, in qua uel[1]) maxime bonum castitatis ostenditur. Inde, ne quis existimaret, omnem castitatem indifferenter Domini praemium promereri, et ut, quam remuneraturus esset, ostenderet, sponte uidelict et fideliter conseruatam, non aut generandi uitio, aut humanae uiolentiae necessitate possessam, sequitur, dicens: *Sunt enim spadones, qui ex utero matris sic nati sunt, et sunt spadones, qui castrati sunt ab hominibus, et sunt spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum*[2]). Hi ergo soli regnum caelorum accipiunt, qui se possessionis eius causa castrauerint. Aut, si similiter ualuerat[3]) in totum[4]), superuacua castratio erit, et Domini superflua repromissio, si etiam non castrati accipient, propter quod aliis necessitas quodammodo uoluntariae castrationis indicitur[5]). Quid ergo? Damnauit Dominus nuptias? Absit! Sed tantum regni gloriam illis, non uitam, si tamen omnia mandata seruare poterint, denegasse censetur. 3. Illum uero locum, quo se a dominica coena inter caeteros etiam, qui uxorem duxerat, excusauit, immo se non uenire professus est, quem ipse etiam Dominus de coena sua non gustaturum esse testatus est, quomodo intellegere debeas, tuo iudicio derelinquo. Haec de euangelio pauca dixisse sufficiant.

IX. 1. Ueniamus nunc ad beati apostoli litteras, et uideamus, quid ille doctor gentium, ille electionis uas de matrimoniorum causa censuerit. Animaduerto, Corinthios de hac re suis apostolum scriptis consuluisse et poposcisse, ut, quid erga nuptos et caelibes[6]) et uirgines eos obseruare conueniret, uariis litteris responderet. Antequam ad apostoli uerba ueniam, primum quaero, quid causae fuerit, ut de ea re consuleretur apostolus, quam celebrare licere nemo dubitabat, tam naturae testimonio, quam etiam legis exemplis. Nam quod Deus diuersum sexum humanae propaginis causa condiderit, etiam natura suggerente cognoscimus, et quod matrimonii copulam semper exerceri licuerit, nonnullis scripturarum docemur[7]) exemplis. Quo[8]) ergo necessarium fuit Corinthiis de re manifesta quasi de dubia sciscitari? Aut numquid eorum auribus noua aliqua doctrina sonauerat[9]), per quam, quod ueteribus licuerat, sibi iam licere dubitarent? Non aliud reor, nam satis uane, si ipsi sibi quasi incertum facerent, quod retro semper habuerant certum. Quid ergo tenendum est? Ego paruitatis meae non abnuo intellectum, sine praeiudicio tamen alterius, cui Deus melius reuelauerit. Dico enim, apostolum

[1]) So der C.; S. *et*. [2]) Matth. 19, 12. [3]) C. *et*aluerat; S. *eu*aluerat. *Et ualuerat?* [4]) C. *in torum*. [5]) So mit S.; C. ind*u*citur. [6]) C. d*u*cemur. [7]) So der C. (Wozu); S. Qu*id*. [8]) So der C. (s. Georg. s. v. sono) S. son*u*erat.

in prima sua apud Corinthios praedicatione non aliam magis, quam uirginitatis et pudicitiae adnuntiasse doctrinam, et hoc praecipue demandasse, ut nouae legis cultores noui aliquid exercerent, et in Christum credentes Christi per omnia exempla sequerentur, secundum illud Petri: *Christus passus est pro nobis, relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius*[1]. Quae causa postmodum fecit, ut Corinthiis apostolum esset necesse consulere, dum quidam per incontinentiae calorem pudicitiae uiderentur refragari doctrinae. Nam, ut superius diximus, si noui nihil aliud audierunt, quid opus eis[2] de re manifesta aliquid interrogare? 2. Sed dicis: Cur haec apostolus non ante praeuidit et ita doctrinae suae modum temperauit, ut nihil reliquisse uideretur ambiguum? Sed, et si praeuidit, hoc boni[3] doctoris fuit, rem, quae infirmis debebatur, non tam ultro offerre, quam rogatus indulgere. Prudentem nimium[4] fuisse archiatrum puta, qui ad conualescentis iam aegri commodum praecipiat ei, ut ab omnibus se pomis abstineat; et si aeger ille tantae frugalitatis[5] noluerit habere patientiam, ut ab omni se pomorum genere retrahat, necesse erit medico, ne infirmus grauiora praesumat, eidem uel leuiora concedere; tamen, quod suum erat, uoluit, eum perfectae abstinentiae securitate gaudere. Ita et beatus apostolus, pudicitiae et castitatis amator, exoptat primum, omnes possidere, quod summum est, sed, si quis reclamauerit, ne inlicita contingant, licita concedit et uelut inuitus indulget. Quod si summum bonum esset, non indulsisset, sed potius inperasset; sed nec illi praecipui boni licentiam postulassent, quod ultro praesumere potuissent. Denique lege[6], apostolum absque fornicationis necessitate matrimonii copulam sponte docuisse.

X. 1. Sed, ut, eum incontinentiae licentiam non sincera uoluntate praestitisse, manifestiore ratione[7] clarescat, ipsius iam uerba ponamus. *De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere*[8]. Hoc primum scribendo tradidit, quod iam docendo tradiderat. Et puto, dubium non esse, id eum uoluisse, quod et in prima sententia posuit et bonum esse professus est. Sed de qua muliere illum dixisse credendum? De aliena non puto; neque enim

[1]) 1 Pet. 2, 21. [2]) So der C.; S. *est*. [3]) Der C. ›bono‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›o‹. [4]) So der C. (nĩm); S. hat das Wort ausgelassen. [5]) Der C. und mit ihm S. ›fragilitatis‹. [6]) Wohl: Lies, wenn du es kannst; siehe zu, ob du lesen kannst, ob du eine Stelle findest, wo geschrieben steht. Du wirst es nicht können, wirst keine finden. [7]) Der C. und mit ihm S. ›uoluntate‹. Wie es scheint, ein durch irrige Wiederholung des vorangehenden ›uoluntate‹ entstandener Textfehler. Definitione? [8]) 1 Cor. 7, 1.

Corinthii tam vecordes erant, ut hoc apostolum interrogarent, an eis aliena liceret matrimonia uiolare, quod citra illius disciplinae interdictum ipsa etiam natura damnabat. Hoc propter eos dixi[1]), qui nimio ardore libidinis scripturarum ueritatem peruersa nituntur interpretatione subuertere. Si ergo ratio non concedit, ut de aliena dixerit, restat, ut de propria dixisse credatur. 2. Sed, ut[2]) huius loci intellegentiam facilius nosse possimus, oportet nos primum scire, beatum apostolum trium partium hoc in loco suscepisse tractatum, nuptarum, uiduarum et uirginum. Denique in prima tractatus sui parte sic dicit: *De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere*[3]); in secunda: *Dico autem non nuptis et uiduis*[4]), quibus si iam superius locutus fuerat, superuacuum fuit iterare sermonem; in tertia: *De uirginibus autem praeceptum Domini non habeo*[5]). Sed reuertar ad primam, in qua cum non uiduis et uirginibus, ut quidam iuperite existimant, sed matrimonio iunctis proprie scripsisse manifestum est. Denique sic dicit: *Bonum est homini mulierem n n tangere.* Non dixit: Bonum est homini mulierem non ducere, quia de his, qui iam duxerant, disputabat. Quo[6]) ergo tactu homini mulierem non attingere bonum est? Publico atque[7]) communi, quo aut codicem, aut tabulas, aut aliquid necessitatis causa contingimus? Non credo, sed secundum usum coniugii. Nam et puro et simplici tactu feminas et Christus et eius apostoli et sanctorum quique tetigerunt. Quid agis, apostole, christianae castitatis amator? Quid ordinem dicendi praeposteras? De incontinentia consuleris et de castitate respondes? Bonum suum luxuria cupit audire, non tuum. Quid incassum laboras [docere[8])], quod falsa interpretatione postmodum libido subuertat? Deinde hinc[9]), cum dicis, bonum esse homini mulierem non tangere, uideris ostendere, malum esse, si tangat. Nihil enim bono contrarium est, nisi malum. An hoc more malum accipiendum est, quod, etsi absque peccato incontinens esse poterit, multo inferiorem gradum teneat? Malum est enim cuipiam non esse, quod melius est. Et si bonum est homini susceptam iam in matrimonio feminam non contingere, quanto melius est omnino non nosse[10]). Facilius enim quis, quod non habuerit, nec cogitabit[11]), quam quod habuerit, spernet. Nemo enim iuxta ignem positus extraneus est a calore. 3. Inde sequitur:

[1]) C. »dix̃«; S. »dix*it*«. [2]) »Ut« fehlt im C. Schon von S. ergänzt. [3]) 1 Cor. 7, 1. [4]) 1 Cor. 7, 8. [5]) 1 Cor. 7, 25. [6]) C. Qu*ia*. [7]) So der C.; S. *an*. [8]) Ein Wort, wie dieses, oder auch »in eo« scheint hier ausgefallen zu sein. [9]) So der C.; S. h*u*nc. [10]) So mit S.; der C. »esse«. Esse *nuptum?* [11]) C. cogitaß; S. cogita*uerit*.

Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat[1]. *Habeat*, dixit, non ducat, quia illis loquebatur, qui duxerant. *Et unaquaeque suum uirum habeat*[1]. Diligenter, obsecro, aduerte, quid dixerit. *Propter fornicationem*, inquit, *unusquisque suam uxorem habeat*. Ostendit, quia, existente necessitate, eius rei licentiam indulserit, a qua superius uoluerat abstineri, fornicatione[2]) scilicet. Et cum causam monstrat, ob quam matrimonii officium haberi permiserit, uidetur ostendere, citra eam, propter quam conceditur, non licere. In quantum enim illud, causa interueniente, concessisse dinoscitur, in tantum, eadem causa uacante, propter quam concessisse uisus est, denegasse censetur. Morbo igitur fornicationis medicinam quodammodo apostolus nuptias dedit, ut fateri habeas. te[3]) eodem morbo laborare, ut, eius medelam tibi indulgeri, necesse sit; aut, si te sanum conscientia tua sentit, quid tibi est alienam sperare medicinam, quae; quamuis aegris bona esse uideantur in hoc, quod[4]) eos a letali morbo eruit, non est tamen sine sui conpunctione medicaminis. Sano enim nihil aliud quam superuacuae tribulationis dolorem[5]) medicina praestabit Noli, debilitari corpus, cui diligens potius custodia, quam superflua cura debetur. Illis tantum concessisse cernitur apostolus nuptias, quos fornicaturos formidabat ex inprouidentia. Nam dicendo: *propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat,* quid in posterum caueret, ostendit. Noli ergo frustra infamari[6]). Similis est continens, qui nuptias expetit, sano homini, qui uano territus pauore, habere se daemonium putat et crebius exorcizari desiderat. Hic praeter superfluam curam et patientis etiam incurrat[7]) infamiam. 4. Sequitur: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi*[8]). Quid est illud: *Mulier potestatem corporis sui non habet, sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*[9]), nisi quod, prouocante alterutro et uim quodammodo altrinsecus inferente, nullus umquam corporis sui

[1]) 1 Cor. 7, 2. [2]) So mit S.; C. fornicationes. [3]) So mit S.; C. habente. [4]) C. $\overset{o}{q}$. [5]) C. dolore. [6]) So mit S.; C. infamare. [7]) So der C. (*möchte* gerathen); S. incurrit. [8]) 1 Cor. 7, 4. 5. [9]) Auf ›*sed mulier*‹ folgen im C. die Worte: *Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi*. Quid est illud: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir, similiter et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier?* Wiederholung des vorangegangenen ›*Nolite — sed mulier*‹, mit den beiden Abweichungen ›*fraudari*‹ st. ›*fraudare*‹ und ›*et similiter*‹ st. des blossen ›et‹. S. hat ›*similiter*‹ aus der Wiederholung aufgenommen.

motum casta sufficit patientia custodire? Et dum numquam continentes existunt, semper orationis et communicationis bono mutuo fraudantur instinctu; quod praecipue continentibus habere conceditur, eodem apostolo dicente: *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi*, id est paruo tempore incontinentes estote, ut largiore spatio orationi uacare[1]) possitis. *Et iterum ad ipsum reuertimini*[2]). Post orationis scilicet continentiam ad matrimonii usum eos redire permisit, si tamen incontinentiae[3]) necessitas exegisset. *Ne temptet uos Satanas propter incontinentiam uestram*[4]). Causam, cur, quod superius dixerat, concesserit, reddidit, ne quam eis[5]) per incontinentiae occasionem inferret diabolus temptationem. Animaduertat ergo prudentia tua, quale bonum sit, quod ab oratione retrahit, quod a Christi corpore ad tempus remouet. Nam quod communicare incontinenti non expediat, hinc manifestissime declaratur, quod etiam oratio illi quodammodo interdicitur, quam communicatione[6]) ex hoc minorem esse manifestum est, quod[7]) non omnibus hominibus orantibus communicare licet, omnibus uero etiam non communicantibus orare permittitur. Unde procul dubio[8]) est, non usquequaque congruere[9]) incontinentibus adire, quod maius est, quibus etiam, quod minus est, inhiberi censetur. Sed hoc in ueteri testamento euidentius declaratur, ubi scriptum est: *Omnis mundus manducabit carnem, et qui manducauerit carnem sacrificii salutaris, quod est Domini, et inmunditia ejus super ipsum, exterminabitur anima illa de populo suo*[10]), et alia multa, quae nec animalium carnes, quibus ueritas dominici corporis praefigurabatur, ab incontinentibus contigi sinebant. Unde prouidendum est, quod praesumptionis et ignorantiae errore teneantur[11]), qui[12]) ueritatem ipsam, cuius imago sic custodita est, minore putauerint ueneratione sumendam[13]). Sed haec, dicet quis, in ueteri scripta sunt testamento. O humanae prauitatis ingenium! Quando de[14]) diuitiarum contemptu et de uirginitatis bono agitur, quae in[15]) nouo testamento praecipue commendantur, ad uetera exempla confugiunt, quando autem de nuptiarum intemperantia in lege ueteri euidentius expressa, ad defensionem noui recurrunt. Et ita fit, ut inter utrumque nec nouum uideantur tenere, nec uetus. Quo enim necessarium fuit nouo de huius rei incontinentia satis agere, quam nec exerceri quidem ab omnibus uoluit? Quamque non eam excusauerit, immo

1) C. uacar*i*. 2) 1 Cor. 7, 5. 3) C. incontinenti*a*. 4) Ebds. 5) Der C. und mit ihm S. ›ei*u*s‹. 6) C. communication*i*. 7) C. $\overset{o}{q}$. 8) C. dubiū. 9) Der Cod. und mit ihm S. ›congru*e*‹. Congrue continent*es*? 10) Lev. 7, 19. 20 It. 11) Der C. und mit ihm S. ›ten*eba*ntur‹. 12) Der C. und mit ihm S. ›qui*a*‹. 13) C. sumend*i*. 14) ›De‹ fehlt im C. 15) ›In‹ fehlt im C.

potius onerauerit, cui nec orationi quidem fiducialiter uacare concessit! Lex tantum incontinentiae sacrificia abstulit, gratia uero ipsum etiam orationis instantiam denegauit, ut et hic quoque uideamus inpletum: *Non ueni legem soluere, sed adinplere*[1]. Dicis[2]) forsitan: Quae in lege inmunda[3]) fuerunt[4]), mundata per Christum sunt. Alia si forte, ut diuersitas carnium et quaecumque in nouo testamento per Dominum et eius apostolos mundata referuntur, non incontinentia[5]), quae usque adeo pristinam inmunditiam retinet, ut etiam orationi praeiudicet et ad sacerdotale officium non admittat. Aut si et ipsa mundata per Christum est, quid est, quod[6]) orationem inpedit, uel cur sacerdotes esse necesse est continentes? Mundatur plane per baptismum ab omni inmunditia homo, tantum[7]) ut postmodum semper, ita ut spiritaliter natus est, perseueret. Alioquin totiens[8]) inmundus erit, quotiens[9]) incontinentiae fuerit sorde pollutus. Hoc etiam beati Ioannis testimonio euidentissime conprobatur dicentis: *Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinauerunt*[10]). Nam si coinquinatio inmunditia caret, poterunt et hi mundi[11]) uideri, scriptura quos inquinatos esse conmemorat. Et ne hoc de adulterio potius, quam de matrimonio dictum arbitreris, sequitur: *Uirgines enim permanserunt*[12]). Caeterum, si de adulterio uel fornicatione egisset, ita eum loqui conuenerat: Hi sunt, qui cum meretricibus se non coinquinauerunt; nec laude dignos iudicasset a tanto crimine continentes. Haec absque praeiudicio[13]) dixerimus eius, cui melius fuerit reuelatum. 5. Sequitur apostoli sententia: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum inperium*[14]). Indulgere se nuptiarum officium apostolus, non inperare testatur. Summum bonum enim tam[15]) illi sibi non[16]) indulgeri expectassent, quam hic audenter inperasset. Uide ergo, quale existimari debeat, quod per indulgentiam constat. Sequitur: *Uolo autem, omnes homines esse, sicut me ipsum*[17]). Dum, quid uelit, iudicat, simul et, quid nolit, ostendit. Cur igitur dicis: ›Si uoluit, indulsit propter causae necessitatem, non propter meram uoluntatem? *Sed unusquisque proprium habet donum a Deo, alius quidem sic, alius uero sic*[18]). Quid

[1]) Matth. 5, 17. [2]) So der C.; S. Dices. [3]) C. und mit ihm S. ›*mun*da‹. [4]) C. fuer̄, S. fuere. [5]) C. incontinentię. [6]) C. q̊. [7]) So der C.; S. ta*men*. [8]) So der C.; S. toti*es*. [9]) So der C.; S. quoti*es*. [10]) Apoc. 14, 4. [11]) So mit L.; der C. und mit ihm S. *in*mundi. [12]) Apoc. 14, 4. [13]) So mit S.; der C. ›*iud*icio‹. [14]) 1 Cor. 7, 6. [15]) Der C. ›tam*en*‹; S. ‹Summum enim bonum‹ mit Weglassung von ›tamen‹. [16]) S. hat hier ›ante‹ eingeschoben. Er hat die Worte ›Summum — inperasset‹ nicht verstanden. [17]) 1 Cor. 7, 7. [18]) Ebds.

ais[1]), apostole? Donum dicis, quod uix potiri concedis? Si donum est matrimonii copula, ergo et pagani Dei dono[2]) gaudent. Et si Dei donum est, quomodo bonum est, hominem mulierem non tangere? Numquid bonum est homini, Dei dono carere? Similiter, si uirginitas Dei potius dono confertur, quam propria hominis uoluntate seruatur, ergo praemio caret. Nullum enim donum est, quod mereatur[3]) praemium. Nam et oculi nobis et manus et caetera a Deo membra donata sunt, non tamen pro eorum possessione aliquo praemio munerabimur, nisi ea pro arbitrii[4]) nobis libertate concessa proprio nutu et uoluntario nisu ab omnibus malis artibus retrahendo ad bonorum operum formemus officia. Et si Dei ordinatio haec est, ut alios uirginitatis, alios matrimonii donatione disponat, quomodo apostolus aliud se uelle profitetur, id est omnes esse, sicut se ipsum, si hoc fieri omnino non poterat? Fieri enim non poterat, si diuersis necesse erat possidere dona diuersa. Aut numquid apostolus aduersus Dei dispositionem aliquid uoluisse credendus est? uel cur ab omnibus exegit, quod in Dei pendebat arbitrio? Quod si hoc stare nullo modo[5]) potest, quomodo ergo intellegendum est: *Unusquisque proprium habet donum a Deo*? Propriae scilicet uoluntatis, iuxta quam illi non modo nubendi et non nubendi conditio, uerum etiam boni et mali, mortis et uitae electio datur, scriptura dicente: *Ante hominem bonum et malum, uita et mors; quod placuerit ei, dabitur illi*[6]). 6. Postea sequitur: *Dico autem non*[7]) *nuptis et uiduis: Bonum est illis, si sic permanserint, sicut et ego*[8]). Cur hoc illis dicit, si ipsorum proprium non erat? Postea[9]): *Quodsi non continent, nubant*[10]). Non dixit: Si Deus illis hoc non donauerit, nubant; quod eum dixisse conuenerat, si hoc non spontaneae uoluntatis sciebat esse, sed doni. *Melius est enim nubere quam uri*[11]). Inde nubere melius est, quia malum est uri[12]). Suspiciosum bonum est, quod[13]) graui poena melius aestimatur. 7. *De uirginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis*[14]). Dicis itaque mihi: Praeceptum ecce Domini non habere se apostolus

[1]) C. und mit ihm S. ›*agis*‹. Vgl. ob. S. 135 Anm. 5. [2]) C. don*um*. [3]) C. und mit ihm S. verkehrt ›*non* mereatur‹. [4]) C. ›arbitri*a*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›a‹. [5]) ›Modo‹ fehlt im C.; schon von S. ergänzt. [6]) Sir. 15, 18. [7]) ›*Non*‹ ist im C. ausgefallen. In A. nicht hinzugefügt, dagegen in L. [8]) 1 Cor. 7, 8. [9]) Im C. und in A. steht nach ›erat‹ kein Interpunctionszeichen, sondern folgt ein solches erst nach ›postea‹. [10]) 1 Cor. 7, 9. [11]) Ebds. [12]) C. *iu*ri. [13]) C. q̌d mit einem Strich durch das ›l‹ von ›d‹. [14]) 1 Cor. 7, 25.

de uirginibus profitetur. Sed consilium sibi non deesse testatur. Aut numquid[1]) leue putas, Dei saltem aspernari consilium. Nam sicut praeceptum non dedit, quia non habebat, nec consilium dedisset, nisi et hoc a Domino accepisset. Ergo, quod habebat, dedit, qui non dedit, quod non habebat, consilium scilicet, non praeceptum. Et ut manifestius nosceremus, Dei consilium eum non minus dedisse, quam suum, in sequentibus ait: *Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto enim, et ego spiritum Dei habeo*[2]). Quo ostendit, consilium suum non ex iudicio proprio, sed ex diuino spiritu processisse. Dei enim est, quod spiritus[3]) eius est. Quicquid dixeris, inquies[4]), consilium non nubendi dedit apostolus, non praeceptum posuit; quia secundum Iouiniani quondam[5]) haeretici sensum hoc argumento uirginitatem superfluam putas. Si quis te interroget[6]), cuiusmodi consilium apostolus dederit, bonum, necesse est, fatearis[7]), quod per spiritum sanctum promebatur. Nam et bonus homo de bono thesauro cordis sui profert [bona[8])]. Si[9]) iterum tibi dicat: Quid facimus, quod alio in loco boni consilii praeuaricatores esse quodammodo prohibemur, scriptura dicente: *Noli contempnere consilium bonum*[10])? constringet te, aut negare, bonum consilium dedisse Paulum, quod nullus sanae mentis audire patiatur, aut agnoscere, inlicitum esse et non fieri[11]), quod contempni prohibetur. Nihil enim refert, si praeceptum non sit, quod per praecepti simile ad praeceptum(?) redactum est[12]). Quomodo ergo te de huiusmodi quaestione exuas, ipse tu uideris. Ecce exhibui tibi, quod dudum promiseram. Cuius magis consilium sequeris, Pauli scilicet, et non Pauli tantum, sed Domini, qui per spiritum suum loquebatur in Paulo, [an tuae uoluptatis[13])]? Beatos nos, quibus Dominus uiuendi consilium dare dignatur, infelices uero, si talem consiliarium spreuerimus! 8. *Existimo, hoc esse bonum propter instantem*, id est

nū
[1]) C. quid (›nū‹ mit ganz kleinen Buchstaben). [2]) 1 Cor. 7, 40. [3]) So der C.; S. *ex* spirit*u*. Unnöthige Corr. ›Spiritus‹ ist Gen. [4]) C. inqui*ens*. [5]) So mit S.; C. qͦdā, eine eigentlich in ›quo*d*am‹ aufzulösende Corr. [6]) Hier steht am Rande von sehr später Hand (vielleicht der des S.) ›Iouinianus‹ (mit Punkten über den beiden ›i‹). [7]) So mit S.; C. fat*e*ris. [8]) ›Bona‹ fehlt im C. [9]) S. *Et* si. ›*Et*‹ steht nicht im C. [10]) Tob. 4, 18. [11]) Fieri = faciendum esse. Fieri *debere*? [12]) C. quod per praecepti . . . . . praecepto redactum est. Die drei ersten Worte stehen am Schluss einer Zeile. Die folgende beginnt mit einem leeren Raum, auf dem etwas Ausradirtes gestanden zu haben scheint. Auf ihn folgen die drei letzten Worte. S. hat ›quod per praeceptum ad praeceptum redactum est‹. [13]) Worte, wie ungefähr diese, müssen hier ausgefallen sein. S. hat Nichts ergänzt.

praesentem, *necessitatem*[1]). Quae haec igitur praesens necessitas est, cuius causa nobis bonum esse uirginitatis statum, apostolus contestatur? Noui, nisi fallor, testamenti, cuius ampliorem gloriam adipisci uolentibus haec prima necessitas est, ut integritatis perseuerantia Christi uiuamus exemplo, deinde, ab omnium negotiorum saecularium exuti curis, eius per omnia mandata facilius obseruemus. Nam quod saluus esse non possit, qui uel unius praecepti transgressor extiterit, non ignorare te credo, apostolo dicente: *Qui uniuersam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*[2]). De[3]) quibus praeceptis uel pauca dicamus, ut de paucis intellegantur et reliqua. Praecipitur nobis non mentiri, non maledicere, non malum pro malo reddere, non iurare quidem uel iuste; iubemur etiam inimicos diligere et odientibus nos bene facere et pro calumniantibus et pro persecutoribus nostris orare. Non licet nobis saecularia iudicia adire[4]), non ablata repetere, non uicem iniuriam inrogantibus repensare, quin potius uerberanti alteram maxillam praebere et auferenti tunicam pallium cedere. Non licet autem etiam cum[5]) fornicatoribus, aut cum auaris, aut cum maledicentibus, aut cum ebriosis, aut cum rapacibus cibum capere. Obsecro te, ut secundum tuae testimonium conscientiae respondeas mihi, si poteris omnia ista[6]) seruare, quisque matrimonii fueris necessitatibus praepeditus. Sine matrimonio sumus et a tam molesti oneris nexibus liberi degimus ac securi et uix nihilominus plenitudinem possumus seruare mandati. Quid nobis agendum est, si tantae sollicitudinis uinculo implicemur? Nemo se iam ex eo Christianum perfectum putet, quo eum uulgus magnificet, et quo pessimis melior esse uideatur. Antiquum prouerbium profert: Inter nulla[7]) etiam aliquid est pro magno; non[8]) tamen uere magnum habetur, quod sterilis inopia loci conmendat. Sic et qui malis paulo melior fuerit, potest proficere ad minorem poenam, non tamen ad uitae aeternae praemium, quam habere non poterit, nisi quem conscientia sua secundum mandatorum plenitudinem Christianum esse testata sit. Iubemur etiam incessanter orare, dicente Domino: *Omni tempore orantes*[9]). Et apostolus: *Sine intermissione orate*[10]). Quomodo haec inplere[11]) incontinens poterit, cui orare uix conceditur, nisi continens fuerit? Merito ergo apostolus instantem, id est praesentis temporis

[1]) 1 Cor. 7, 26. [2]) Jac. 2, 10. [3]) So mit S.; der C. »*Et*«. [4]) C. *au*dire. [5]) C. »autem etiam« ohne »cum«; S. »autem cum« mit Weglassung von »etiam«. Non licet etiam? »Autem« ist unnöthig und etwas störend. [6]) Der C. und mit ihm S. »*ita*«. [7]) L. *non*nulla. [8]) So mit S.; im C. fehlt »non«. [9]) Luc. 21, 36. [10]) 1 Thess. 5, 17. [11]) C. inpler*i*.

necessitatem his, quos in uirginitatis bono perseuerare uolebat, opposuit, sciens, eos facile a nuptiis animos auersuros[1]), si eius magnitudinem, ita intuentes mente, uidissent. Et quoniam dixerat: *Existimo, hoc bonum esse propter instantem necessitatem*, ne cui existimationis sententia uideretur incerta, statim subiungit et prioris dicti[2]) ambiguitatem sequentis definitione restaurat, dicens: *Quoniam bonum est homini sic esse*[3]). Seruat apostolus per omnia suum gradum[4]) et nequaquam sententiae suae ordinem mutat, id etiam uirginibus adfirmans, quod uiduis dixerat et maritis, bonum esse illis in castitatis perseuerantia permanere, dicendo[5]): *Bonum est homini sic esse*. Nescio[6]), quid uult clausum intellegi ab eo, qui[7]), apostoli, immo Spiritus sancti consilio despecto, non ita esse uoluerit. 9. *Uinctus es uxori? noli quaerere solutionem*; *solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem*[8]). Nemo euidentis sententiae intellectum falsa interpretatione corrumpat, nec quisquam existimet, se ex hoc iam huius loci subterfugisse[9]) contemptum, quo eum[10]) aliter, quam ueritas exigit, sentiat. Quin potius maiori se reatu inuoluit, cui non sufficit sermonis diuini aspernatio, nisi ut eius etiam adulterator existat. Nec ex eo uerum erit, quod de dominicis scripturis senserimus, quia nos ita sentire delectat. Diuinae sententiae uis non nostrae uoluntati, sed suae ueritati fauet. Cauenda est nobis in hac parte beati Petri de omnibus quidem Pauli litteris, sed de huius uel maxime epistolae corruptoribus sententia dicentis: *Sicut et carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis, sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles deprauant, sicut et caeteras scripturas, ad suam ipsorum uoluntatem*[11]). Sed et illa non minus formidanda testatio est, quae aliquid scripturis diuinis adicientibus aut detrahentibus comminatur. Quapropter omnia suis reddenda sunt locis, nec aliqua extra causae ordinem sentienda. Denique ita exorsus est: *De uirginibus autem praeceptum Domini non habeo*[12]). Igitur, quicquid in hac causa dixerit, ad uirginitatis exhortationem referendum est. Cum dicit

[1]) C. *aduersuros*. [2]) C. »dicta« mit einem Strich (i) durch »a«. [3]) 1 Cor. 7, 26. [4]) Schritt, Gang (hält seinen Gang ein). [5]) Der C. und mit ihm S. »*et* dicendo«. [6]) S. *et* nescio; »*et*« steht nicht im C. [7]) C. *de* eo, *quia*; S. *de* eo, *qui*. Wohl: Ich weiss nicht: wie (als was) will der Schluss (der Schlusssatz »*Bonum est homini sic esse*«) von dem verstanden werden, welcher (wie will der, welcher — den Schlusssatz: *Bonum* — verstehen). Sollte »de« richtig sein, so wäre »de eo« von dem her, von Seiten dessen. [8]) 1 Cor. 7, 27. [9]) C. subter*fuisse*. [10]) So der C. und mit ihm S. (A.); L. *de eo*. [11]) 2 Pet. 3, 15. 16. [12]) 1 Cor. 7, 25.

ergo: *Uinctus es uxori? noli quaerere solutionem; solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem,* non [hoc ad[1])] aliud quam ad caelibatus doctrinam[2]) pertinet. Nam si matrimonio uincto, quem ita fides deprehenderit, solui non conceditur, quanto magis soluto non conueniet, ut ligetur. Grandis huius sententiae uis est, quae ita solutum ligari non uult, ut uinctum non patitur[3]) solui. Sed nos de duabus eiusdem sententiae speciebus unam adsumimus, immo et constanter defendimus, alteram uero recusamus, crimen putantes, si quis contra apostoli interdictum uxorem relinquat; leue uero opinamur, si quis contra eiusdem aeque definitionem matrimonio copuletur. 10. Sed in sequentibus, inquies, sententiam suam mutauit apostolus, dicendo: *Et si acceperis uxorem, non peccasti, et si nupserit uirgo, non peccauit*[4]). Si bene intellegas, non mutauit, nec fas est, nos eum uarium atque mutabilem suspicari, quem diuinae sapientiae credimus grauitate fundatum. Expedit enim nobis in obscurioribus scripturarum locis nostram ignorantiam magis credere, quam impie aliquid definire. Dicendo enim: *Solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem* de illis proprie loquitur, qui esse poterant continentes. Recogitans iterum et morem suum erga illos seruans, qui de incontinentia querebantur, repetit, dicens: *Et si acceperis uxorem, non peccasti,* id est. incontinens, ne quid deterius facias, *et si nupserit uirgo non peccauit.* Inter non peccare enim et laude dignum agere, infinita distantia est. *Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi*[5]). Quid boni iam nuptiis remaneat, nescio, quando etiam in illa substantia tribulantur, in qua sola uidebantur habere laetitiam. *Ego enim uobis parco*[6]). Uide, qualis conditio est, quae sibi parci desiderat. 11. *Hoc autem dico, fratres, tempus breue est*[7]). Breuitatem temporis obposuit, ut uel sic nuptiarum desiderium excluderet. Nam cum secundum prophetam dies nostri, si tamen prospere cesserint, intra septuaginta annorum spatia clauduntur, et nuptiarum fructus a[8]) media paene[9]) deminuatur[10]) ætate, quanta stultitia est propter tam exigui temporis uoluptatem aeternae gloriam uirginitatis amittere! Taceo de diuersis casibus, quibus humana tempora saepe breuiantur, dum alter pariete corruente deprimitur, alter calore febrium exanimatur, alter ui sanguinis repente

[1]) Diese beiden Worte scheinen hier ausgefallen sein zu müssen. [2]) C. celibatos doctrina. [3]) So der C.; S. falsch ›patiatur‹. [4]) 1 Cor. 7, 28. [5]) Ebds. [6]) Ebds. [7]) 1 Cor. 7, 29. [8]) So der C.; S. *e.* [9]) Der C. hat nach ›paene‹ (pene) ›:*m.*‹ Daraus hat S. ›*vi*‹ gemacht, was dann L. in ›*vitae*‹ verwandelt hat. Aber ›*m*‹ ist vom Schreiber durch die beiden Punkte vor und nach dem Buchstaben cassirt worden. [10]) C. deminuetur, S. diminuatur.

prosternitur, alter naufragio enecatur, alter a daemonio extinguitur, alter fulminis ictu percussus emoritur, alii a latronibus feriuntur, alii maleficorum[1]) artibus et uenenatis haustibus saepe uiolantur, nonnulli aut ex principali edicto aut cuiuscunque potentioris iniqua sententia trucidantur. Et inter tot casus humani generis, tot pericula, tot mortes uacat nuptias desiderare et non de repentino exitu, immo de Dei iudicio magis, quam de uoluptatibus cogitare! Aut non putas, te ullum casum humani generis posse incurrere? Aliud est, si te neges esse mortalem. Hac causa[2]) ergo apostolus breuitatem temporis nobis ante oculos posuit, ut nos uel metu mortis ad uirginitatis gloriam prouocaret. 12. *Reliquum est, ut, qui habent uxores, ita sint, ac si non habeant*[3]). Quid hic aliud sentiri potest, ignoro, nisi quod ualde inprudens sit, qui post hanc sententiam uxorem non habens habere uoluerit, quam etiam habentibus iam non secundum matrimonii usum expedit possidere? Et ne quis diceret: Quomodo ergo stare poterit mundus? praeuenit in sequentibus, dicens: *Praeterit enim figura huius mundi*[4]), hoc est dicere: Nolite de eo solliciti esse, qui praeterit. *Uolo, uos sine sollicitudine esse*[5]). Debemus et nos uelle, quod Paulus. 13. *Qui*[6]) *sine uxore est, cogitat, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, cogitat, quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori*[7]). Interrogo te: Cui potissimum placere desideras, uxori, an Deo? Si uxori, uideberis Deo praeposuisse luxuriam; si Deo, uxorem habere quomodo poteris, quam qui habuerit, non ita, ut caelebs, Deo placere posse, apostolo dicente, sentitur? Si et uxori et Deo, ineptam et difficilem et non secundum apostoli definitionem uideberis protulisse sententiam, et te caelibi praeposuisse, qui Deo tantum placet; — si tibi et Deo et uxori placere possibile sit[8]). Et nihil proderit non accepisse uxorem, si accepisse nihil oberit[9]). Nihil enim obesse poterit, si Deo tam uxoratus, quam caelebs placebit. *Diuisa est mulier et uirgo*[10]). Qua in parte, inquies? Respondit: *Innupta cogitat, quae Dei sunt, ut sit sancta corpore et spiritu*; *quae autem nupta est, cogitat, quae sunt huius mundi, quomodo placeat uiro*[11]). Innuptae cogitando, quae Dei sunt, utriusque substantiae sanctitatem dedit, quam, et corpore et spiritu sanctam esse, testatus est; nuptae uero solius mundi sollicitudinem et, ut marito

[1]) So der C.; S. falsch »malefic*io*rum«. [2]) L. Hac *de* causa. [3]) 1 Cor. 7, 29. [4]) 1 Cor. 7, 31. [5]) 1 Cor. 7, 32. [6]) C. »Que« mit einem Strich (i) durch »e«. [7]) 1 Cor. 7, 32. 33. [8]) Gesetzt, dass es dir möglich sein möchte u. s. w. [9]) So der C.; S. willkührlich und falsch »ob*fu*erit«. [10]) 1 Cor. 7, 33 It. [11]) 1 Cor. 7, 34.

placeat, deputauit[1]), de sanctitate autem utriusque partis penitus siluit. Subtiliter enim apostolus uidetur diffidere, quod reticet. Aut si et haec ita sancta habenda est, uana erit[2]) apostoli definitio. Et cum uidisset, se in tam ardua determinatione posse nuptiarum amatoribus displicere, superiorem sententiam sequenti disputatione excusat, dicens: *Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum iniciam uobis, sed ad id, quod honestum est*[3]). O apostole! Nec excusatio tua sine nuptiarum morsu profertur. Nam si hoc, quod dicis, est utile, ergo inutile erat, quod illi desiderabant; et si hoc, quod tu dicis[4]), honestum est, quid intellegendum est, quod contra tuam uisum fuerit uenire doctrinam? 13. Nec illud otiose praetereundum puto, quod tunc temporis apostolus sub paganis principibus et inter duos inimicos castitatis, populum[5]) Iudaeorum scilicet atque gentilium, tam constanter uirginitatis et pudicitiae uidetur integritatem praedicasse. Si nostri temporis[6]) fuisset, quid faceret? Maiore, ut opinor, fiducia luxuriosae uoluptatis inpudentiam repressisset. 14. Nam illam sententiam, quam ignorantibus proferre moris est: Qui nubit, bene facit, et qui non nubit, melius facit, nusquam apostolum dixisse inuenies. Sed nec fieri poterat, ut alibi nubentem laudaret, qui alio in loco dixerat, bonum esse homini mulierem non tangere. Dices[7]), plane bene facere patrem, qui luxuriosam filiam nuptum[8]) traderet, ne quid deterius exerceret. Pater ergo laude dignus est, qui filiae incontinenti prouiderit, quomodo et apostoli erga incontinentes laudanda prouidentia est. Illi uero laudandi non sunt, qui, quod erat melius, perdiderunt. 15. Sic a nobis intellegenda est scriptura, ne alicubi sibi uideatur contraria. Nusquam enim inuenies, apostolum sponte et non aliqua causa uel necessitate cogente nuptias indulsisse, quod perfacile probare sufficerem, si longum non esset per omnes eius epistolas currere, quibus magis ingerit, in praesenti tempore mortificari nos cum Christo debere, quam carnis expectare[9]) uoluptatem. Sicut in epistola ad Romanos legimus: *Nescitis, quoniam, quicumque baptizati sumus in Christo, in morte eius baptizati sumus*[10])? *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, quemadmodum surrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus*[11]). Quae

1) Der C. und mit ihm S. ›disputauit. 2) C. uanęrit (.a über ę vom Corr. mit schwärzerer Dinte). 3) 1 Cor. 7, 35. 4) C. ›dices‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 5) So der C.; S. populos. 6) So der C.; S. nostro tempore. 7) C. Dic̃. 8) So der C. (nuptũ); S. nuptui. 9) So der C.; S. spectare. 10) Die Worte ›in — sumus‹ sind im Texte ausgelassen, aber am Rande nachgetragen (⁙ in etc.; im Texte nach ›Christo‹ ⁙). 11) Rom. 6, 3. 4.

erit uitae nouitas, si nobis etiam nunc ueteris[1]) exemplo nubendum est? Uel quomodo se in baptismo uidetur mortificasse cum Christo, cui in hoc tempore non modo uiuere, uerum etiam luxuriari delectat? Inter spiritalium quoque fructuum conuersationem non legimus matrimonii officium conputari[2]). Quod illo exemplo euidentissime declaratur, quo apostolus spiritalium operum gesta describit, dicens: *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, lenitas, continentia, castitas*[3]). Cum inter caetera spiritalium officia mandatorum continentia et castitas nominatur, procul dubio de nuptiarum conuersatione reticetur, quae his inuenitur diuersa esse. Et quicquid spiritalibus rebus contrarium fuerit, cui parti[4]) deputatum sit, tuo intellectui derelinquo. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis*[5]). Sollicite intende et animaduerte: concupiscentiam a uitiis segregauit, ut ostenderet, ab his, quos Christi esse determinat, tam peccatorum uitia, quam nuptiarum concupiscentiam[6]), quae inmunditiae potius quam peccato reputanda est, debere crucifigi.

XI. 1. Non ignoramus, quid uoluptuosi Christiani et luxuriam potius, quam Christum amantes ad ista respondeant. Frustra, inquiunt, Deus in exordio statim mundi masculum et feminam fecit, si in quibusdam sobolis origo cessauit. Frustra etiam illa prolata sententia est, quam ad humanae[7]) propaginis semen pertinere non dubium est: *Crescite et multiplicamini et replete terram*[8]). Et illud: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae*[9]), *et erunt duo in carne una*[10]). Et si matrimonii causa, quominus placere Deo possit, hominem inpedit, quomodo sanctorum plurimos Deo placuisse legimus, e[11]) quibus quidam non modo plures uxores, uerum etiam numerosas concubinas habere noscuntur, ut Abraham, ut Iacob, ut Dauid, ut Salomon, ut caeteri, quos ita Deo caros fuisse inuenimus, ut inter primos patriarchas conputentur, et in sinum Abraham propter concubinam bigami etiam uirginibus ire optandum sit? 2. Uideo enim iuxta hanc defensionem[12]) non modo uirginitatis statum destrui, uerum omnem pudicitiam, nuptiarum quoque modestiam[13]) inpugnari. Nam si uetera nobis exempla sectanda sunt, non solum nubere et concubinas habere, uerum etiam fornicari licebit, ut Iudae, ut Samsoni[14]) et caeteris, qui non magis

[1]) So mit S.; C. ueteri. [2]) C. conputare. [3]) Gal. 5, 22. 23. [4]) C. parte. [5]) Gal. 5, 24. [6]) C. concupiscentia. [7]) C. und mit ihm S. (A.) »humani«; L. humanae. [8]) Gen. 1, 28. [9]) C. *sibi uxori suae;* S. *sibi et uxori suae.* [10]) Gen. 2, 24. [11]) S. *ex.* [12]) So der C.; S. *definitionem.* [13]) Der C. und mit ihm S. »modestia«. [14]) So mit S.; der C. »Samson«.

Deo per fornicationem displicuisse, quam per nuptias placuisse referuntur. Quodsi ita est, quomodo doctrina stabit[1]) apostoli cum fornicatoribus[2]) communicationem etiam escae inhibentis? Superflua quoque inuenietur eiusdem exhortatio et uana ubique[3]) defensio, qua tantopere uirginitatem docet, ut ei soli utriusque substantiae, tam carnis quam spiritus, tribuat sanctitatem, qua bonum asserit mulierem non tangere, qua habentes matrimonia uult tamquam non habentes habere, qua, non tam Deo, quam conjugi maritum placere commemorat, qua sui similes in castitate omnes esse desiderat, qua non cum spiritalibus fructibus nuptiarum opera commemorat. Otiosa haec omnia et superflua et uana habenda sunt, si ueterum nobis uita sectanda est. Nihil enim tam stultum, quam aut prohibere, quod non obest, aut, quod non prodest, docere.

XII. 1. Sed antequam per ordinem, quae proposita sunt, refutemus et, non conuenire iam nobis, certa ratione[4]) monstremus, illud ante omnia nosse te cupio, aut ignorare penitus tam legem quam Dei dispositionem, qui, Christianos antiquo ritu uiuere debere, existimant, aut nimia temeritate contra conscientiam suam, quod magis diligunt, praedicare, ut apud homines sancti habeantur, cum ipsi de se aliam promant in corde sententiam. 2. Tria enim tempora inuenimus, in quibus diuersis diuersa licuisse manifestum est: unum ante legem, aliud legis, et quod nunc gratiae tertium est. Ante legem enim neque circumcisio celebrabatur, neque sabbati obseruatio erat, nec ieiunare cuiquam inperabatur. Neomenias quoque et scenopegias[5]) et omnes dies festos legis nemo audierat. A quarundam carnium usu nullus abstinebat. Agni per annuas uices immolationem et paschae celebrationem et fermenti abominationem et diuersorum baptismatum ablutionem et caeteras legis caerimonias nondum quisque seruabat, quae legis tempore exacta et custodita inuenimus, et inlicitum fuisse pristino iam ritu uiuere. Ne dixeris: Abraham circumcisus est, quod non iam legis erat, apostolo dicente: *Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est*[6]). 3. Quomodo ergo aliud ante legem licuisse monstrauimus, ita etiam post legem, id est gratiae in tempore, aliud nobis licere, et aliter uiuendum esse, credendum est. Aut si non aliter, gratia non iam gratia erit. Denique oculum pro oculo, dentem pro dente tibi iam nunc eruere non licet, nec cuiquam malum pro malo reddere, nec inimicum odisse; immo

[1]) Der C. und mit ihm S. »sta*tu*it«. [2]) So mit S.; C. apostolic*a* fornicatoribus. [3]) So ist wohl statt des von S. beibehaltenen »u*tro*bique« des C. zu lesen. [4]) C. rationē. [5]) C. sceno*ph*egias. [6]) Rom. 4 2 vgl. Jac. 2, 21.

nec non diligere, non iurare in toto licet, non circumcisionem carnaliter celebrare, non otiosam[1]) sabbati obseruare custodiam, nec diuersa baptismatum genera frequentare, nec carnalia[2]) sacrificia offerre. Quid multa? Iam secundum ueteris testamenti formam Christiano nihil paene conuenit obseruare, quae per Christum aut in melius inmutata, aut inpleta esse noscuntur: inmutata, ut circumcisio, ut sabbatum: inpleta, ut innocentia, ut castitas, ut iustitia. Adauctum est enim aliquid innocentiae, quando non occidere solum, sed nec irasci permittitur, et castitati, quando[3]) spadonibus caelestis regni praemium promittitur, et iustitiae, quando ita prohibemur aliena diripere, ut nostra etiam doceamur sponte contempnere. 4. Quapropter, si et quae in mysterio futurae ueritatis gerebantur, exhibita per Christum ipsa ueritate, cessarunt[4]), et quae ad beatae uitae iustitiam pertinebant, maiore disciplinarum doctrina subpleta sunt, quid mihi iam ueteris testamenti exempla proponis, cuius ut figuram obseruare mihi, re[5]) et ueritate superueniente, amplius non licet, ita[6]) iustitiam[7]) perfectius inplere necesse est, dicente Domino: *Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum*[8])? Quid ergo proderit mihi eius rei obseruatio, per quam iam caelestis regni possessor esse non possum? Ob hoc tantum nunc nobis uetus legendum est testamentum, ut Dei in eo facta miremur, omnipotentiam operum, mysteriorum rationem, signa[9]) uirtutum, et ut Christum nouissimis temporibus promissum, eodem testamento adnuntiante, noscamus. Caeterum ad uitae conuersationem noui praecipue testamenti doctrina spectanda est. Dicis mihi: Nonne ipse promulgauit uetus, qui et[10]) nouum? Ipse sane; sed quid hic facit diuersitas nominum, si nulla erit discretio operum? Si uetus semper celebrandum erat, cur successit nouum? Aut si succedere debuit, quomodo celebrandum est uetus? Quamquam et in nouo uetus celebretur, dum, quod uetus fore adnuntiauit, celebretur. 5. Quid ergo? Non placuit Deo, nuptias celebrari? Sane placuit; sed et circumcisionem et sabbati obseruationem et caetera, quae in lege scripta sunt. Non tamen, quia[11]) aliquando satis placuit, semper ita placuisse dicendum est. Aut, si semper, cur aliquando cessarunt? Ita nuptiae potuerunt non sic semper placere, ut inueniuntur aliquando placuisse. Aut, si semper, nunquam ergo cessabunt, erit

[1]) C. otiosã. [2]) So mit S.; C. *t*alia. [3]) So mit S. Der C. hat nicht »quando«, sondern »*in*«. [4]) S. cessa*uere* (C. cessar̃). [5]) C. rẽ. [6]) C. *aut*. [7]) C. und mit ihm S. »iustiti*as*«. Der Plur. »iustiti*ae*« kommt Ps. 19, 9 und anderwärts in der kirchlichen Literatur vor. [8]) Matth. 5, 20. [9]) C. si*ga*. [10]) C. q̇et; S. hat »et« weggelassen. [11]) So der C.; S. quo*d*.

etiam in resurrectione nubendum. Aut si uel tunc cessabunt, quare non et modo pro praemio cessare possint, quae aliquando necessitate cessabunt?

XIII. 1. Sed dicis forsitan illam principalem uulgi sententiam, quam omnes hypocritae, aliud promentes labiis, aliud clausum in corde retinentes, defendunt: Quomodo stabit mundus, quomodo humani generis origo consistet, si procreationis causa non fuerit? 2. Satis prouide et rationabiliter et prudenter! Hoc ergo Christus non uidit, quando omnibus uoluntate castratis generaliter maximum praemium promittendo, omnes sine dubio esse tales, optauit! Neque enim gratiosus aut personarum acceptor fuisse credendum est, ut eius praemii, cuius[1]) aliquantos esse dignos uoluerit, non omnes optauerit. Sed forte, dum nimio castitatis occupatur amore, mundi et creaturae suae statum oblitus est. O si illo tempore tales, quales nunc sunt, consiliarios habuisset, quid fecerat, putas? Credo[2]), doctrinam suam reformauerat[3]) et, quod castratis pollicitus est, nubentibus promisisset[4]). O nimia et intolerabilis humanae stoliditatis audacia, quae eo usque prorumpis, ut sapientiorem te Deo iudices! Qui si etiam absque ullo praemio matrimonia cessare uoluisset, sicut et quandoque facturus est, credo, homo terrenus et luteus, non ita faciendum esse, censeret. Aut si quis se rationabiliorem Deo iudicat, quid illum adorat, quo se sapientiorem putat? Forte est quaecumque ratio, quam te scire Deus noluit. Immo tu non uis, qui mundi uoluptatibus[5]) magis atque luxuriis esse deditus cupis, quam dominica arcana scrutari. Quae stoliditas est, non magis[6]) homines simpliciter seruare, quod sciunt, quam arguere, quod nesciunt! 3. Deinde, quid tandem de mundo sollicitus es, in quo hospitis more peregrinam agere uitam iuberis? Qui, si uere Christianus es, odio mundi uiuas, necesse est, dicente Domino: *Si de hoc mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, sed quia de mundo non estis, sed ego elegi uos de hoc mundo, propterea odit uos mundus*[7]). Quomodo enim tu de mundo non es, qui pro mundo sollicitus es? Uel quomodo te ut alienum odisse poterit, cuius procurator existis? Necesse est, ut mundus diligentem se diligat, et, quem dilexerit mundus, ipsius est, et, qui mundi fuerit, nescio, qualis Christianus esse possit, cui odium potius mundi, quam dilectio conpetit. Item alibi Dominus dicit: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*[8]). Qui-

[1]) So der C.; bei S. fehlt »cuius«. [2]) C. quid fecerat? putas credendo, S. quid *faceret*? putas? Credo. [3]) So der C.; S. reformau*isset*. [4]) So der C. und mit ihm S. Promis*erat*? [5]) So mit S.; C. uolu*n*tatibus. [6]) So der C.; S. *malle*. [7]) Joh. 15, 19. [8]) Luc. 21, 17.

bus? Mundanis, nisi fallor, atque carnalibus, qui nos idcirco odio habent, quia uidemur aspernari, quod diligunt. Si ergo hanc iuxta definitionem mundus, id est mundi homines, uidentur odisse Christianum, quae tibi de illo, qui te non diligit, cura est? Iterum dicit scriptura: *Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt*[1]). Quomodo non diligit mundum, cui tanta mundi sollicitudo est, ut malit praemium uirginitatis amittere, quam mundi statum deperire? Et alibi scriptura dicit: *Nescitis, quia amator saeculi huius, inimicus Dei est? Quicumque ergo uoluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituetur*[2]). Quomodo amicus saeculi non est, cui magis de ipso, quam de Christi doctrina cura est? 4. Sic dicis: Quomodo stabit mundus? Quasi aeternitatem eius legeris, aut ita a Deo constitutum scias, ut perseueret perpetuo. Aut si certus es, cum quandoque finiri posse, quid de eius stabilitate sollicitus es? Sed ne dubites, illum finiendum esse, audi scripturam dicentem: *Quoniam tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli*[3]); *ipsi peribunt, tu autem permanes*[4]). Et Dominus in euangelio ait: *Caelum et terra transibunt, uerba autem mea non transibunt*[5]), uolens, nos de uerbis suis magis, quam de transeuntis mundi statu esse sollicitos. Et apostolus: *Praeterit enim figura huius mundi*[6]). Et Iohannes, qui idcirco nos mundi habere noluit dilectionem, quod in breui eius terminum nosset. Nam cum dixisset: *Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt*[7]), in sequentibus ait: *Et mundus transibit et concupiscentia eius*[8]). 5. Sed etiamsi certus esses, mundum in aeternitatem[9]) debere persistere, nihilo minus tamen Domini tui inplere debueras uoluntatem et credere, quod qualibet ratione et mundus stare posset, et tu[10]) Dei praecepta seruare. Sicut et beatus Abraham, qui idcirco Dei amicus effectus est, quod simpliciter et sine refragatione aliqua eius per omnia obtemperauit uoluntati[11]). Cui, cum Deus spopondisset, quod in Isaac, filio eius, suum benediceret semen, postea praecepit, ut eum sibi offerat[12]) immolandum. Quod ille sine haesitatione aliqua inplere non dubitauit, nec recogitauit, quomodo Deus eum, in quo semini eius futuram benedictionem promiserat, iuberet occidi, sed tantae fuit sinceritatis et fidei, ut omnia possibilia Deo crederet, etiam, perempto Isaac, inplere, quod dixerat. Illi[13]) de unico filio cura non fuit, quominus sine controuersia aliqua Dei perficeret

[1]) Joh. 2, 15. [2]) Jac. 4, 4. [3]) So der C.; S. caeli sunt. [4]) Ps. 102, 26. 27. [5]) Matth. 24, 35. [6]) 1 Cor. 7, 31. [7]) 1 Joh. 2, 15. [8]) 1 Joh. 2, 17. [9]) L. aeternitate. [10]) So mit S.; C. *te*. [11]) C. uoluntatē. [12]) So der C. Offerret? [13]) C. »dixerat illi;«.

uoluntatem, nos uero de mundi statu anxia et sollicita nimis cura conficimur; et, cum illi Deus finem promittat, nos ei aeternitatem conferre cupimus et plus de illo, quam de auctore eius uidemur esse solliciti. 6. Sed, quando Deus uoluerit, inquies, soluendus est mundus. Si quando ille uoluerit, nihil ergo tua cura proficiet, et, aut nubas, aut non nubas, mundus nec sine Dei uoluntate solui poterit, nec ultra, quam ille uoluerit, stare. Quid ergo ad tuam sollicitudinem reuocas, quod in Dei pendet arbitrio? 7. Illud autem quale est, quod in oratione tua regnum Dei uenire celerius postulas, quod fieri sine mundi non potest fine, dicente Domino: *Regnum meum non est de hoc mundo*[1]? Quomodo ergo eius consummationem in oratione tua postulas, pro cuius statu in nuptiarum causa sollicitus[2]) es? Unde intellegi datur, quod aut oratio tua infidelis sit, aut cura superflua. Eligere tibi de duobus alterum debes, ut aut eius finem non perpetas[3]), pro cuius statu anxius es, aut, cuius terminum postulas, stabilitatis tibi cura non maneat. In peruersum Dei mandata seruamus, si[4]) solliciti de mundo sumus, quasi eo magis illum diligere debeamus, quo ab eius amore mandatorum iussione retrahimur. 8. Sed et beatus apostolus, cum dicit: *Uolo omnes homines esse, sicut me ipsum*[5]), continentes[6]), sine dubio mundi statum non recogitauit, qui, si scisset, hoc fieri, aliqua causa interueniente, non posse, rem inpossibilem numquam optasset. Nam cum omnes homines sibi esse similes cupit, nullum excepit, nullum uero excipiendo ostendit, uniuersos tales, quales uoluit, debere non minus esse, quam posse. Neque enim, ut diximus, rem aut indebitam[7]), aut inpossibilem ille uoluisset. 9. Sed etsi concedam tibi, necessarium esse et[8]) Dei uoluntati conueniens, ut sit aliqua pars populi, per quam humani generis successio germinet, defecerunt nimirum Iudaei atque pagani, ut non dicam haeretici, quorum non magis probanda castitas, quam recipienda fides, sed et incontinentes[9]) quique Christiani, per quos humanae sobolis causa seruetur, tantum ne haec necessitas ueris Christianis, quos Christi et apostolorum eius uiuere exemplo conuenit, deputetur. 10. Sed esto: per nimiam pudicitiam et continentiam mundus deficiat, tu inde quid tantum sollicitus es, aut uereris? Numquid ne, si saeculi mature[10]) status defecerit[11]), resurrectionis in tempore inter caeteros uirgines ob[12]) pudicitiae et castitatis meritum caelestis regni

[1]) Joh. 18, 36. [2]) C. causas sollicitus. [3]) So der C. »Perpetere« fehlt bei Georges. S. hat »*ex*petas«. [4]) So der C. und L.; A. sic. [5]) 1 Cor. 7, 7. [6]) So der C.; S. hat »continentes« weggelassen. Es ist allerdings überflüssig und klingt wie eine Glosse. [7]) So mit S.; C. *deb*itam. [8]) C., wie es scheint, »ei«. [9]) So mit S.; C. *con*tinentes. [10]) L. *na*tu*rae*. [11]) So mit S.; C. *coep*erit. [12]) L. *ad*.

possessores et aeternae gloriae dignos soli tibi, cur non nupseris, inputetur?

XIV. 1. Satis ista de praesenti loco. Reuertamur nunc ad illam, quam superius intermisimus, quaestionem, cui licet iam satis uideatur esse responsum in eo, quo ostendimus, Christianis exempla ueterum non omnimodo posse congruere, sed[1] lucidius est[2], si eam[3] per species singulas persoluamus obiectam[4]. 2. Dicat quis primum, masculos et feminas non alia quam procreationis causa institutos. Quaero, si omnes, an aliqui. Si omnes, ergo illi[5] frustra nati sunt, quos caelibes legimus, ut Heliam, ut Helisaeum, ut Iohannem, ut sanctam Mariam, ut ipsum Dominum, ut apostolos eius, qui etiam[6] contra Dei dispositionem fecisse credendi sunt. Si omnes, sexus diuersitas secundum definitionem tuam non alia[7] quam fecunditatis causa instituta esse credenda est. Aut[8] si non omnes[9], possumus et nos illis similes[10] uideri. 3. Deinde dic: Resurrectionis tempore erit, nec ne[11] huius sexus in statu suo salua diuersitas? Credo, salua, et tamen secundum Domini definitionem nulla ibi iam fecunditas erit. Cur ergo non credamus, iuxta eius uoluntatem iam in praesenti posse fieri, quod erit in futuro? 4. *Crescite et multiplicamini et replete terram*[12], quibus dictum est? Nisi fallor, Adam et Euae, qui rudem adhuc mundum et ab omnibus incolis uacuum soli possidebant, quibus non minus solatium necessarium erat, quam terrae quoque cultores. Merito ergo dictum est illis multiplicari[13] et crescere et replere terram, cum adhuc terra desolata esset et uacua. Quomodo nunc nobis haec sententia conpetit, quos iam terra uix sustinet, quibus ipsa iam cum labore, ut ita dixerim, elementa sufficiunt. 5. Deinde, qui dixit[14] in principio crescere et multiplicari, ipse in fine[15] exemplum non nubendi uolentibus tradidit, ipse etiam spadonibus caelorum regna promisit, ipse per apostolum suum loquitur, bonum esse homini mulierem non tangere, et uelle se, omnes homines esse, sicut se ipsum, ut et, qui habet uxorem, ita sit, ac si non habeat, et bonum esse homini sic esse. Cui prima sententia placuit, placeat et secunda, immo magis secunda quam prima; semper enim posterius mandatum priori terminum statuit. 6. Multa enim

[1]) »Sed« statt des gewöhnlichen »tamen«. [2]) So der C.; S. *di*lucidius *erit*. Lucidius *erit*? [3]) So der C.; S. *nunc*. [4]) So der C. (obiect*ā*); S. obiect*a*. [5]) Der C. Si *ergo omnes* illi; S. Si *ergo omnes*, *ergo* illi. [6]) So der C.; S. *et an*. [7]) C. ali*ā*. [8]) *At*? [9]) C. omnes non (schon S. hat die rechte Wortstellung). [10]) Der C. »illis« ohne »similes«; S. *ali*is similes. [11]) So der C.; S. erit*ne*. [12]) Gen. 1, 28. [13]) C. und mit ihm S. multiplicar*e*. [14]) C. qui*d* dixit. [15]) C. fin*ē*.

facta sunt causa cogente, quae non ita semper fieri oportet, ut primus homo de terra, postea iam non de terra, ut prima matrimonia germana, postea iam nec satis propinqua. Nam si uolueris me ad illius temporis tenere sententiam, et ego te per omnia ad eius necessitatem stringam[1]), ut aut totum sequaris, si expedit, aut intellegas, tibi aliter esse uiuendum, quia uetera transierunt, et omnia facta sunt noua. Nam quibus in exordio dictum est: *Crescite et multiplicamini*[2]), fraterna animaduerto exercuisse connubia. Placeant ergo tibi illius temporis nuptiae, si sententia placet. Sed dicis: Fraterna coniunctio postea prohibetur, nuptiae uero non prohibentur. Dici potest; sed nec omnibus conceduntur. Nam cum designantur, quibus indulgentur[3]), satis claret, minime eis, de quibus tacetur, esse concessas. Qui enim de duabus partibus unam, cui matrimonii copulam concederet, nominauit, cui dubium est, non concessisse eum[4]) illi, quam non nominauit? Et cui aliquid non conceditur, nescio, si non prohibetur[5]). Nam qui dixit: *Qui se non continet, nubat*[6]), quid aliud de contrario uoluit intellegi, quam, qui se continet, non nubat? Sed qui[7]) consilium dat in uirginitate perseuerandi, puto illum uel[8]) consilio nuptias retrudisse[9]). Nolo enim, leue existimes sancti spiritus per apostolum loquentis pro nihilo habere consilium.

XV. 1. »Ecce[10]) Abraham uxorem habuit, et tamen Deo placuit, et primus patriarcha esse meruit«. Quamquam de eiusmodi propositionibus possit iam uideri satisfactum, cum aliquotiens ostensum sit, antiqua[11]) nobis praeiudicare non posse, tamen adhuc hinc[12]) pauca dicamus, quae omnibus quadrare uideantur. 2. Dicis, Abraham uxorem habuisse et Deo prae caeteris cum uxore placuisse. Illud ante omnia scire conuenit, quadruplicem matrimoniorum illius temporis fuisse rationem. Primam, qua secundum apostolum omnia adhuc in mysterio et figuraliter gerebantur, sicut dicit: *Haec enim in figura contingebant illis*[13]). Tamdiu enim, aliquid in figura exerceri, conuenit, quamdiu res non uenerit, cuius figura est. Exhibita uero iam re, figurae cessat obumbratio[14]), quae ueluti superuenturae rei nuntius habebatur. Nam quod tunc temporis etiam matrimonia

[1]) So der C.; S. *a*stringam. [2]) Das »*ni*« von einem Späteren mit ganz schwachen kleinen Buchstaben über »*mi*«. [3]) So mit S.; C. indulgetur. [4]) So der C.; S. e*a*m. [5]) So der C.; S. si prohibetur. Si non *ei* p.? [6]) 1 Cor. 7, 9. [7]) So mit S.; C. *et*. [8]) So der C.; S. uel*le*. [9]) So der C.; S. *a* nuptiis re*trax*isse. [10]) So der C.; S. *Dicis*. Dicis: Ecce? [11]) C. antequam. [12]) So der C.; S. *et hic uel*. [13]) 1 Cor. 10, 6. [14]) So der C.; S. *adu*mbratio.

figuraliter celebrata sint, ut manifestius scias, audi apostolum ipsorum quoque humani generis principum nuptias mystice interpretatum[1]), ubi illo testimonio utitur: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una*[2]). Et ne quis hoc etiam in nouo testamento a cunctis carnaliter obseruandum putaret, statim sequitur: *Mysterium hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et in ecclesia*[3]). De Abrahae uero seu uxore, seu concubina quod aliqua sacramenti ratio fuerit, quis nisi inperitus addubitet, maxime cum idem apostolus Agar montem Sina nuncupauerit, Saram[4]) uero caelesti Hierusalem conparasse uideatur[5])? Secunda ratio est, quia, ut iam diximus, mundus adhuc uacuus erat atque desertus. Tertia, quia illius temporis homines non tantis mandatorum praeceptis onerabantur, quorum perficere plenitudinem cum uxore uix possent. Quarta, quod eis praeiudicare non potuit res, quae nec consilio dissuasa fuerat, nec exemplo, immo potius demandata. Tam illi contemptores tunc temporis fuerant, si non nupsissent, quam nos nunc, si, continentes, nuptias uolumus expetere. Uide, si aliqua[6]) tibi harum, quas descripsimus, speciarum ratione[7]) conuenit nubere, id est, si est adhuc aliqua ueritas, quam tuae nuptiae praefigurent[8]), uel aliqua sine hominibus terra, aut tam leuia habes onera praeceptorum, quae etiam maritus facile subplere sufficiat[9]), aut, quod ante omnia cogitandum est, castitatis tibi nec exemplum, nec doctrina collata est ad pudicitiae praemium consequendum.

3. Quicquid dixeris, inquies, uxoratus Abraham Deo placuit. Hoc solum eius retines, caetera, credo, oblitus es. Qua ex causa placuit? Quia habuit uxorem? Non puto. Nam antequam iustificaretur, iam coniugio uinctus erat. Sed nec displicuit, inquies. Restat ergo, ut intellegamus, per quid placuerit, si per uxorem nec[10]) displicere potuit, nec placere. Per oboedientiam autem, ut opinor, qua[11]) temporibus suis in nullo Dei contrarius extitit uoluntati. Dicitur illi: *Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui*[12]). Sine ulla haesitatione discessit et ante euangelii tempus euangelica mandata seruauit, qui, ut placeret Deo, nec parentes, nec domum, nec patriam relinquere dubitauit. Postea praecipitur illi, ut corporis sui membro circumcisionis uulnus infigat[13]). Libens cum doloribus

[1]) So der C.; S. interpreta*ntem*. [2]) Gen. 2, 24. Eph. 5, 31. [3]) Eph. 5, 32. [4]) C. sarrā. [5]) Gal. 4, 24—26. [6]) So mit S.; C. *Aut* si aliqui*d*. [7]) So mit S.; C. rati*o*. [8]) So der C. (praefigûrent); S. praefigu*ra*rent. [9]) So der C.; S. sufficia*s*. [10]) So der C.; S. ne*que*. [11]) C. quę; S. qu*ia*. [12]) Gen. 12, 1. [13]) So der C. (infigât); S. in*fl*igat. Mit ›infigat‹ vgl. Virg. Aen. IV, 689. Weit. unt. sagt doch der Verf. ›corpori uulnus in*fl*ixit‹.

adquiescit. Iubetur, ut filium, quamuis de ancilla susceptum, sui tamen seminis cum matre abdicet. Non contradicit. Postremo, ut Isaac, quem iuxta scripturae testimonium diligebat, immolandum et occidendum Deo offerat, inperatur. Sine ulla cunctatione obsequitur. Per haec ergo Abraham Deo placuit, quibus suis temporibus in nullo Dei mandato aut inboediens[1]) aut contradictor inuentus est. Et tu nunc tunc[2]) demum te Abrahae similem existima, si et tu temporibus tuis ita per omnia Dei sine haesitatione aliqua obsecundaueris uoluntati, sicut et illum fecisse cognoscis; cui si dictum fuisset, quod tibi nunc dicitur, aut antequam nuberet: *Bonum est homini sic esse*[3]), et iterum: *Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem*[4]), aut postquam nupserat: *Bonum est homini mulierem non tangere*[5]) et: *Qui habet uxorem, ita sit, ac si non habeat*[6]), gratanter adquieuisset. Facile enim contempserat[7]) nuptias, qui fructum potuit contempnere nuptiarum, et qui corpori uulnus inflixit, facilius eius custodierat[8]) integritatem. Facile enim nondum susceptum contempnere filium potuit, qui iam educatum non dubitauit occidere. Tu, qui, quos an[9]) suscipere possis incertus es, dubitas an contempnas, quid faceres, si iam susceptos iubereris amittere? 4. Debeo te etiam ad[10]) reliqua eius exempla prouocare, quae si conueniunt tibi, conueniant et nuptiae, aut si non conueniunt, neque nuptiae quidem conuenire debebunt. Dicis: Abraham uxorem habuit et Deo placuit; et ego habere debeo. Abraham baptizatus non est, et tamen Deo placuit; ergo nec tu baptizari debueras. Abraham carnaliter circumcisus est; et te simili modo circumcidi conuenerat. Abraham numquam ieiunauit; nec tu uel sollemnibus diebus ieiunare debebis, cui indictum peccatum sit praeuaricare ieiunium. Abraham Deo hostias carnes animalium immolauit; et te quoque tales[11]) oportet offerre. Absit, absit! inquies, aliud nunc tempus est. Uah[12])! aliud tempus ad baptismum, aliud ad circumcisionem, aliud ad ieiunium, aliud ad sacrificia, non aliud ad nuptias. Nam qui te docuit spiritaliter circumcidi, ieiunare crebrius, baptizari[13]) semel, alias offerre hostias, ipse etiam ad uirginitatis gloriam cohortatus est suo tam consilio, quam exemplo, consilio, quo spadonibus caelestis regni praemium pollicetur, et quo apostolus, qui, in se

[1]) C. ›inob*edies*‹ mit einem ganz schwachen, kaum sichtbaren ›n‹ über ›es‹. [2]) So der C.; S. hat ›tunc‹ weggelassen. [3]) 1 Cor. 7, 26. [4]) 1 Cor. 7, 27. [5]) 1 Cor. 7, 1. [6]) 1 Cor. 7, 29. [7]) So der C.; S. contem*neret*. [8]) So der C.; S. custod*iret*. [9]) So mit S.; C. an quos. [10]) C. *de*. [11]) So der C.; S. tal*e*. [12]) So der C.; S. (A.) *ah*, L. *an*. [13]) C. baptizar*e*.

Christum loqui, testatus est, dixit: *De uirginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do*[1]); exemplo uero, quo ipse non nupsit.

XVI. Illam uero sententiam praeterire non debui[2]), qua beatus apostolus non exhortatores castitatis, sed nuptiarum haeretico ritu contempnatores uoluit ostendere. Quam[3]) sententiam ex alia parte haeretici ad defensionem uidentur uocare luxuriae, qua[4]) continetur *prohibentes nubere, abstinere a cibis*[5]). Hanc etiam Iouinianus[6]) cum suis[7]) in prima blasphemiae fronte proferebat, per quam si apostolus pudicitiae et uirginitatis intellegendus est male taxare doctores, sui immemor fuit et nulli alii magis, quam sibi uidebitur esse contrarius; qui, sicut superius ostendimus, pudicitiam tanta constantia praedicauit, ut omnes sibi similes esse uoluerit. De illis ergo eum dixisse, intellegendum est, qui ut malum nuptias damnant et non a Deo institutas credunt, nec illos nubere sinunt, quibus hoc apostolus indulsit, Manichaei scilicet uel Marcionistae, qui alium nuptiarum, alium uirginitatis Deum credunt. Nos uero eundem confitemur, et non damnamus nuptias, nec incontinentes nubere prohibemus, sed exemplo apostoli tam continentibus pudicitiae et castitatis bonum suademus, quam, si qui se incontinentes[8]) dixerint, nuptiarum eis remedia concessa ab eodem apostolo non negamus.

XVII. Satis, ut opinor[9]), manifesteque monstratum est, normam ueterum nobis usquequaque iam non conuenire sectari. Nec idcirco semper exercendum, quicquid[10]), causis facientibus, tempore aliquo potuerit exerceri, maxime cum scriptura omnibus fere rebus certum et legitimum tempus definiat, dicens: *Tempus lugendi et tempus ridendi, tempus pariendi et tempus moriendi, tempus plangendi et tempus saltandi, tempus amplectendi et tempus longe fieri ab amplexu*[11]). Nullam in te uel corporis maculam, qui nec fecit, inueniat. Ecce speciem formamque tuam duae conpetunt[12]) amatrices, pudicitia scilicet atque luxuria. Illa dicit: Ego non dimitto[13]) meum, haec uero: Sed ego semper eripere consueta sum alienum. Illa tibi, ut ei magis consentias, caelestis regni gloriam, familiaritatem Dei, angelorum consortium pollicetur; haec saeculares et caducas opes humanasque uidetur offerre diuitias. Iustus iudex esto; illam profecto elige, cui et natura[14]) deberis, et cuius munera

[1]) 1 Cor. 7, 25. [2]) So der C. [3]) So mit S.; C. quam*quam*. [4]) C. ›qua‹ mit einem sehr schwachen (vielleicht ausgewischten) ˜ über ›a‹. [5]) 1 Tim. 4, 1. [6]) C. ioũiniauus. [7]) C. su*i*. [8]) C. si quis *ei* incontinentes. [9]) C. opînor. [10]) So mit S.; C. quid qui*a*. [11]) Eccl. 3, 2. 4. 5. [12]) So der C.; S. *ex*petunt. [13]) So der C.; S. dimitt*am*. [14]) C. naturę.

constat esse meliora. Non ignoramus enim, quibus artibus modo per aliorum suggestiones, modo per cogitationes proprias te in[1]) hoc tempore pudicitiae semper et perfectioni[2]) inuidus inimicus infestet. Est enim illius calliditatis atque nequitiae, ut praeter integritatis praemium, quod auferre matrimonio[3]) iunctis cupit, per occasionem liciti faciat eos in[4]) inlicitis saepe actibus permanere, optime sciens, matrimonio iunctos difficile posse plenitudinem seruare mandati. Nam suggerit[5]) haec saepius tibi: Tu ergo non nubes? Tu sine liberis permanebis? Et cui tantas opes, cui tantum patrimonium derelinques[6])? Non sufficit, quod sorores tuae hoc adprehendere propositum uoluerunt? quarum[7]) si et tu exempla secteris[8]), per quem uestrum reparabitur genus? Bonum ergo tibi uidetur, ut omnis uestrae stirpis origo deficiat? His consiliis diabolus rudes et inperitas mentes fallit et decipit, ut, dum humanae originis progeniem cogitant, diuinae illius protectione[9]) priuentur, et, dum terrenis heredes facultatibus quaerunt, ipsi[10]) heredes Dei esse non possint. Sed tu, cum haec tibi aut per cogitatum in mentem uenerint, aut alio loquente suggesta sint, memor esto, quos heredes magis Christianum habere conueniat, illos scilicet, de quibus dictum est: *Uade, uende omnia tua et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis, et ueni, sequere me*[11]). Hos qui heredes habuerit, Deum sibi facit heredem, scriptura dicente: *Qui pauperibus miseretur, Deo fenerat*[12]). Nam satis stultum est certis incerta praeponere et in sobolis posteritate sperare, quam utrum habere possis, nescias. Deus sit posteritas tua, illi censum tuum trade, patrimonium tuum illi commenda, ut eum in futuro possideas. Aut numquid excidit tibi illius sententiae dictum, qua tanta[13]) difficultate diues saluus fieri determinatur[14]), ut inpossibilia facilius concedantur inpleri, camelum[15]) per foramen acus transire, quam diuitem caelorum regna conscendere? Cuius dicti ueritatem hoc iam tempore uidemus inpleri, quo uirginitatis bono, cui praecipue regnum caeleste promittitur, omnes paene diuites carent. Stultum satis est, ut Christianus heredes uelit in mundo relinquere, qui totius mundi iubetur esse exheres[16]), et ut de futura et de incerta prosperitate cogitet, qui prohibetur de

[1]) C. *ex*. [2]) So der C.; S. perfection*is*. [3]) C. matrimoni*is*. [4]) Im C., dem S. folgt, fehlt ›in‹. [5]) C. sugger*is*. [6]) C. derelinqu*is*. [7]) S. (A. u. L.) quorum. [8]) C. sectêris. [9]) C. diuin*a* illius protectione; S. diuina illius pro*creat*ione. [10]) So der C.; S. ips*ae*. [11]) Matth. 19, 21. Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. [12]) So der C.; S. foenerat*ur*. — Prov. 19, 17. [13]) So mit S.; C. qu*an*ta. [14]) C. det*ri*minatur. [15]) C. camêlum; S. *et* camelum. [16]) C. exher*ede* (›ede‹, mit schwärzerer Dinte geschrieben, sieht aus wie eine Corr.).

crastino cogitare. Audi, quid promittat spadonibus Deus et filiorum breuem et numquam sine dolore laetitiam quanta mercede compenset. *Dabo eis,* inquit, *in domo mea et in muro meo locum nominatum, meliorem filiis et filiabus*[1]). Diligenter aduerte, quid dixerit: *meliorem filiis et filiabus*, hoc est locum meliorem illis[2]) dabo, quam si filios aut filias habere uoluissent. Nullus fere sapiens est, qui non hoc eligat profecto, quod melius est. Sed si usque adeo[3]) filios habere desideras, et sterilem te esse non pateris, habeto, sed de sapientia matre et de spiritali semine procreatos[4]) per Dei uerbum Deo[5]) filios, non saeculo genera. Esto pater talis, qualis et Paulus, qui dixit: *Per euangelium ego uos genui*[6]). Inpleatur[7]) in te illa sententia: Beatus, qui habet in Sion semen, non in senatu et domesticos in Hierusalem, non in urbe Roma, Babyloniae suis sceleribus conparata[8])! Caue enim, ne dum habere carnales filios concupiscis, ipse Dei filius esse non possis. Scriptum est enim: *Quicumque dimiserit patrem, aut matrem*[9]), *aut uxorem, aut filios, aut agros, aut domum propter euangelium, accipiet in hoc saeculo centies tantum, in futuro uitam aeternam*[10]). Qui iuberis filios iam educatos propter Dominum contempnere, uide, an debeas maiori eius uoluntati[11]) nondum natos uelle praeferre. Quomodo certis Dei praemium praetuleris[12]), si ei etiam incerta praeponas[13])? Non perfecte diligitur, cui aliquid antefertur. Sed delectant te quorundam quamuis temporalia[14]) et sine maeroribus numquam laeta et iocunda connubia. Sed recogita aliorum perpetua iurgia et litigiosa diuortia et multimodos casus. Inuitant te generosae sobolis fecunditate gaudentes, sed deterreant acerbis et inmaturis mortibus amisisse crudeliter lacrimantes. Multo facilius est filios non suscipere, quam susceptos amittere. Uirginitas quidem corporalium filiorum non oblectatur amoribus, sed nec doloribus maeret. Caret fecunditatis gaudio, sed numquam orbitatis anxietate cruciatur. Aut uereris, numquid ne tui seminis origo deficiat? Memento, non nobis iam terrenam, sed caelestem progeniem desiderandam. Grande reuera damnum est, si desinat generatio quandoque cessatura! Quid uis esse per te, per quos ipse forsitan esse uix poteris? Illam magis, suadeo, progeniem diligas, quae absque ambiguitate tecum semper in caelestibus

[1]) Jes. 56, 5. [2]) C. *cum* illis. [3]) C. ádeo. [4]) C. procreat*us*. [5]) Vor »Deo« steht, wie es scheint, »i e«, was wie der Rest eines ausradirten Wortes aussieht. [6]) 1 Cor. 4, 15. [7]) C. Inple*tur*. [8]) C. conparat*e*. [9]) C. *patrem*. [10]) Matth. 19, 29. Luc. 18, 29 f. [11]) So der C.; S. majore ejus uoluntat*e*. [12]) So mit S.; C. praetuler*as*. [13]) C. proponas. [14]) C. temporal*es*.

sedibus perseueret. Multa enim sunt, quae sapientem uirum ab his uanis cogitationibus retrahant, si cogitet primo, se potuisse non nasci, secundo natum maturius interire, tertio, quod, quamdiu uiuat, nesciat, et, an procreare[1]) filios possit, incertum est. Cur ergo non uoluntate aliquis spernat, quo[2]) ei carere necessitate possibile est? Uereor, inquies, ne parentes offendam, quorum hoc praecipuum uotum est, ut per me nostri generis origo reparetur[3]). Satis infideliter et inconstanter times propter Deum parentes offendere, propter parentes uero maioris beatitudinis praemium non uereris[4]) amittere. Hoc est Dei uoluntati parentum uota praeponere et eius dilectioni homines anteferre. Quales illi parentes sunt, qui te nolunt esse, quod melius est! Tales enim aut filium non diligunt, aut perfecte non credunt futura. Nemo est, qui filiis suis non hoc optet euenire, quod perfectius nouerit, nisi qui aut de perfectione ipsa dubius est, aut, quod credendum non est, filiorum inuidus bono. Huiusmodi inimici potius habendi sunt, quam parentes. De talibus Dominum dixisse reor: *Inimici hominis domestici eius*[5]). Et iterum: *Qui dicit patri aut matri: Non noui te, et fratres suos non agnouit, et filios suos non cognouit, obseruauit iustitias tuas et testamentum tuum conseruauit*[6]). Et iterum: *Qui non odit patrem aut matrem, non est me dignus*[7]). Non debemus ei nostros praeferre parentes, qui nec suos nobis, nec se ipsum quidem praetulit, qui, cum discipulos doceret et matris ac fratrum nuntio pro foribus stantium et se uidere cupientium fuisset interpellatus, respondit, dicens: *Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, hic meus frater et mater et soror est*[8]). Non quod[9]) sanctam matrem despiceret, sed ut nos, quales parentes magis conputare deberemus, suo doceret exemplo, et ostenderet, praeferre nos eum malis saltim debere parentibus, quibus ille nec bonos quidem praetulit. Inpium satis est, te ei aliquem uelle praeponere, qui nec se tibi praeposuit, qui pro te mori etiam non recusauit. Praeponis enim illi multum, quando id, quod pro magno habere te uoluit, respuis, et illud, quod habere minus uoluit, magis eligis. Dicit enim apostolus: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an*

[1]) C. procreari. [2]) C. quod. [3]) C. reparreretur. Das ›e‹ nach ›ar‹ von S.'s Hand, wie es scheint, aber ausgewischt. ›Repareretur‹ scheint in ›reparetur‹ corrigirt worden zu sein. [4]) C. uerêris. [5]) Matth. 10, 36 (Mich. 7, 6). [6]) Deut. 33, 9. [7]) Luc. 14, 26. Matth. 10, 37. [8]) Matth. 12, 48. 50. Marc. 3, 33. 35; vgl. Luc. 8, 21. [9]) So mit L.; der C. und mit ihm S. (A.) ›quo‹.

periculum, an gladius[1]? Quicumque ab his, quae Christus diligit, sequestratur, a maiore eius caritate secernitur. Non perfecte alterum diligit, qui id[2]) possidere non uult, quod scit eum satis amare, quem diligit. Miserum nimis est, ut nos a perfecta eius caritate aut matrimonii causa retrahat, aut parentum, quos nec mors quidem debet separare[3]), nec gladius. Sed hoc, inquies, in persecutione obseruandum est. Erras, si aliquando Christianum in hac uita pacem habere putas. Totiens[4]) enim persecutionem patimur, quotiens[5]) alicuius sanctitatis officium amittere compellimur; multo grauius, si suademur, et si a[6]) nobis blandimenta exigant, quod nec poena extorquere debuerat. Quotiens[7]) ergo in huiusmodi causis uincimus, totiens[8]) coronamur, quotiens[9]) uero uincimur, totiens[10]) amplioris spei detrimenta sentimus. Aut times, ne forsitan, si eos despexeris, exheredent[11])? Non magnopere illorum desideranda hereditas est, quorum patrimonium regni caelestis praemium tollit. Talis[12]) non[13]) modo non[14]) concupiscenda facultas est, sed oblata etiam respuenda. Nam qui didicimus[15]) nostra contempnere, facile possumus etiam, quae parentes obtulerint, refutare. Quo enim nobis humana et terrena hereditas, quibus caelestis et diuina promittitur? Contempnamus omnia et cum propheta dicamus: *Diem hominis non concupiui*[16]). Et alibi: *Dominus pars hereditatis meae et calicis mei; tu es, qui restitues hereditatem meam mihi*[17]). Sed ille Deum animo et mente diligebat et eius pollicitationibus toto corde credebat, nos uero timeo ne facie tenus et coram hominibus Deum diligere uideamur et corde saeculum plus amemus. Plus enim diligitur alio, quod alii certe praefertur. Sed ecce grauius aliquid, si quis terreno[18]) patrimonio et humanis diuitiis uirginitatem distrahat, cui Christus caelestis regni praemium pollicetur. O ambitio copiosa luxuriae, tam uili pretio redimis, quod Deus aeternae gloriae mercede ditiore mercatur[19])! Legimus enim, caeleste regnum diuitibus quodammodo denegari[20]), scriptura dicente: *Difficile diues intrabit in regnum caelorum*[21]), contra spadonibus et[21]) continentibus repromitti. *Sunt*, inquit,

[1]) Rom. 8, 35. [2]) C. qui id *quod*. [3]) Das Wort ist im C. durch Bruch des Pergaments undeutlich geworden. S. hat richtig »separare« an den Rand des C. gesetzt. [4]) So der C.; S. Toties. [5]) So der C.; S. quoties. [6]) So mit L.; im C. und in A. fehlt »a«. [7]) So der C.; S. Quoties. [8]) So der C.; S. toties. [9]) So der C.; S. quoties. [10]) So der C.; S. toties. [11]) Exheredent *te*? [12]) C. Tales. [13]) »Non« fehlt im C. [14]) So der C.; bei S. fehlt »non«. [15]) So mit S.; C. *dicimus*. [16]) Jer. 17, 16. [17]) Ps. 16, 5. [18]) »Terreno« ist durch Bruch im Pergament zum Theil zerstört; S. hat es richtig an den Rand des C. gesetzt. [19]) A. mereatur. [20]) C. denegare. [21]) Matth. 19, 23. Marc. 10, 23. Luc. 18, 24. [21]) »Et« fehlt zwar im C., ist aber wohl nur aus-

spadones, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum[1]). Quomodo ille caelestis regni sperare possit praemium, ignoro, qui id potius elegerit, cui abnuitur, et hoc, cui promittitur, propter illud, cui negatur, amiserit. Quid ergo Christianorum decus[2])? Perfice[3]), quod coepisti[4]): omnes corporeas uoluptates[5]) uirili mente conculcans, spiritalibus te tantum actibus[6]) occupato. Non patiaris, te a feminis uinci, quae[7]) infirmiorem sexum ingenti peccato uirginitate superarunt[8]). Faciat te[9]) uel aequalem[10]) .... ca[11]), quem fecit sexus natiuitas fortiorem. Quantum enim ....[12]), etiam si ad praesentis uitae legitimum tempus peruenire possimus! Adde, quod omnia ....[13]) mors incerta metuenda est, quia[14]) iam ex eo quisque mori potest, quo coepit et uiuere. Lucremur ergo de hac breuitate, quod in perpetuo habere possimus. Illud uero, quale est, ut[15]), cum Christianorum multos et audias et intellegas et, si uelis, uideas in tantum Dei formidare iudicium et aduentus eius terrore conpungi, ut, quamuis nulla eos redargueret culpa peccati, abstinentia, oratione, ieiuniis corpus affligere, in cinere etiam cilicioque uolutari [non desinant[16])], scriptum esse recordantes: *Quoniam magnus est dies Domini, et quis erit sufficiens ei*[17])? Et alibi: *Si iustus uix saluus erit, peccator et inpius ubi parebit*[18])? Et Apostolus: *Castigo corpus meum et seruituti redigo*[19]). Uide ergo, si expediat tibi, ut,

gewischt. S. hat es an den Rand des C. geschrieben. [1]) Matth. 19, 12. [2]) C. dec*u*ius. [3]) So mit S.; C. perfice*re*. Für den Inf. spricht der vorangehende Fragesatz, für den Imp. ›quod coep*isti*‹ und ›occupa*to*‹ im Folgenden. [4]) Auch hier ist ein Bruch im Perg.; ›cepisti‹ und ›quo‹ sind doch deutlich. S. hat ›quod coepisti‹ richtig an den Rand gesetzt. [5]) So mit S.; C. uolu*n*tates. [6]) Die Worte ›te tantum actibus‹ sind durch Bruch im Perg. sehr undeutlich. S. hat sie richtig gelesen und an den Rand des C. gestellt. [7]) S. uinci *unquam* quae. Aber der C. hat nur ›uinci que‹. [8]) So der C., nur dass das ›o‹ von ›peccato‹ verloschen ist. Bei ›infirmiorem — peccato‹ hat der Verf. wohl an die Sünde Evas gedacht (1 Tim. 2, 14). S. *in* infirmior*e* sex*u* ingenti*a* peccat*a* uirginitate superarunt. [9]) Diese beiden Worte (facia*t*e) haben gemäss dem folgenden ›quem fecit‹ wahrscheinlich im C. gestanden. Auch S. hat sie. [10]) C. ›l‹ mit einem Strich durch den Buchstaben und ›equalē‹. Beides deutlich. S. *talem* uel aequalem. Aber zu ›talem‹ fehlt im C. der Raum. Eher ›*cis* uel aequalem‹. [11]) Nur diese beiden Buchstaben sind ganz deutlich. ›*Uita pudi*ca‹? Aber dazu fehlt der Raum. S. am Rande des C. ›*circa*‹, in der Ausg. ›*certe*‹. [12]) Das auf ›enim‹ Folgende nicht mehr zu lesen. Uixerimus? S. utilius ...... [13]) Das auf ›omnia‹ Folgende nicht zu lesen. [14]) So mit S.; C. qu*i*. [15]) So der C. und mit ihm S. Man erwartet ›quod‹. [16]) Diese oder ähnliche Worte sind wohl hier ausgefallen. — C. uolu*n*tar*e*. [17]) Joel 2, 11. [18]) So der C.; S. *ap*parebit. — 1 Pet. 4, 18. [19]) So der C. st. ›*in seruitutem redigo*‹ oder ›*seruituti subicio*. S. Sab. z. St. — 1 Cor. 9, 27. — Der Nachsatz zu: ›Illud uero, quale est,

cum alii corpus suum abstinentia ieiunioque conficiant, tu tuum magis epulis et exquisitis dapibus nutrias, et cum illi[1]) Christi exemplo[2]) sobriis uigiliis frequenter transigant noctes, te uero esca distentum torus mollior nec uolentem quidem uigilare permittat, et cum illi sacco et cinere et omni iniuriarum genere afflicta et pallentia membra circumferant, tu adornatus et splendidus et laetus incedas, et cum illi paene omne tempus lacrimosis orationibus transigant, te ridere[3]) et luxuriari delectet, et cum assidua illis[4]) aduersus diabolum conpugnatio .... le . t ....[5]), tibi carnis libeat exercere uoluptates. Numquid non unus omnibus Deus? Aut non[6]) omnes Christiani eiusdem iudicis expectant aduentum? Aut forsitan mitior alio alios uel acrior ignis[7]) expectat, ut alii[8]) tantum solliciti sint, et alii tantum securi? Crede mihi, quod et illi uelint securi esse, si sibi intellegerent expedire. Sed ista, inquies, paucorum sunt. Paucorum est etiam[9]) angusta uia, per quam[10]) in caelestis regni aditus introitur, paucorum est et excellens integritatis praemium, quod solis uirginibus repromittitur. De quibus paucis esse te conuenit, si illud habere desideras, quod paucis promittitur. Nubere enim omnium paene hominum est, malorum et insipientium; nihil ge... le[11]) est, id te exercere[12]) uelle, quod cuncti, et illud habere, quod etiam pessimi consequuntur. Sed, ut de hominibus taceam, luxuriantur et ferae, pecudes et uolucres quoque nubunt[13]). Nihil magnum cum porcis[14]) et canibus aliquid habere commune. Dei potius et angelorum eius ....[15]) sectare. Pulchrum enim est, te eos in praesenti uita imitari, cum quibus semper esse credendus es[16]) in futuro. Nam, quam magnum sit pudicitiae bonum, ex hoc uel maxime recognosce, quod[17]) incontinens nec legere, nec orare fiducialiter potest, hostias uero offerre et

ut, cum — *redigo*« fehlt. Sein Fehlen ist wohl durch die unverhältnissmässige Länge und Complicirtheit der Vordersätze veranlasst. [1]) C. ill*is*. [2]) Luc. 6, 12. Matth. 14, 23. [3]) »Te ridere« zwar fast ganz zerstört (nur »re« ist deutlich), aber kraft des Zusammenhangs sicher. S. hat es an den Rand des C. gesetzt und in seine Ausg. aufgenommen. [4]) Der C. und mit ihm S. »ill*i*«. [5]) Das zwischen »conpugnatio« und »tibi« Stehende ist fast ganz zerstört. [6]) Oder »An non«. Auch S. lässt am Rande des C. die Wahl zwischen »Aut non« und »An non«. [7]) C. ig*i*nis. [8]) So steht wahrscheinlich im C. [9]) Das auf »est« folgende Wort ist sehr undeutlich. Wahrscheinlich ist es »etiam«. S. enim. [10]) C. q (mit übergeschriebenem a). [11]) Die mittelsten Buchstaben dieses Wortes sind sehr undeutlich. S. gentile. Vielleicht »geniale (Ansprechendes). Weiterhin gebraucht der Verf. »nihil magnum«. [12]) C. id*e* *te*xercere. [13]) Von »nubunt« sind nur »nu« und »t« deutlich. [14]) Steht ziemlich deutlich im C. [15]) S. uitam omnino. Exempla? [16]) Dies steht wohl im C.. [17]) Fehlt bei S., steht aber ziemlich deutlich im C.

Domini corpus adtingere, aut ignoranter praesumit, aut scienter tremescit. Contra pudicus et[1]) abstinens infinitam conscientiae fiduciam gerit et, pudicitiae auctoritate defensus, cuncta intrepide[2]) exercet. In oratione quasi praesens cum Domino, immo quasi amicus cum amico loquitur, scriptura dicente: *Uos autem dixi amicos*[3]). In lectione uero nulla animi confusione retrahitur. Offerre autem Deo hostias tam audacter potest, quam celebratam iam eucharistiam fiducialiter sumere. Quid ergo, dilectissime mihi? Si Christum diligis, dilige Christi[4]) bonum, si Deum amas, serua, in quo uel maxime Deus gaudet: serua integritatem, serua pudicitiam, habeto intra te castimoniam, cuius orationum suffragio, si quid forte deliqueris, remittatur. Nam quod sacerdotio aliquatenus pudicitia conparetur, iam superius demonstrauimus. Si in uirginitatis integritate permanseris, eris apud Deum ut angelus et apud homines ut Deus; si uero, quod non credo, eius despexeris bonum, nec apud homines tibi, nec apud Deum integritatis gloria remanebit. Nemo te inanibus uerbis circumueniat, nemo seducat. Difficile perfectus Christianus esse poterit, qui non in singularitate et in .... permanserit[5]). Mirari enim me fateor excellentis animi tui in tam parua aetate uirtutem et in iuuenili corpore canam mentem. Et non me tantum, sed omnes ....pot..amant[6]), diligunt...[7]), uenerantur et honorant. Et no ....ore[8]) terrentur, quod haec aetas angusti et ardui......[9]) magis u....[10]), quam latiorem semitam[11]), per quam nonnullos etiam senes uidemus incedere, quod in his.............praesertim[12]) inter diuites, quos saluari difficile est, cum temporibus nostris, quibus multis paene ignota[13]) iustitia est, flagrat laus tua per omnia, ita ut nullus sit[14]), qui tuam in

[1]) So mit S.; im C. fehlt ›et‹. [2]) Der C. ›intrepid‹ mit einem Strich durch ›d‹. [3]) Joh. 15, 15. [4]) So der C.; S. dilige *et* Christi. [5]) Wasz wischen ›in‹ und ›permanserit‹ steht, ist nicht mehr zu lesen (vor dem letzteren Worte scheint ›cũore‹ oder ›cũare‹ zu stehen). S. ganz willkührlich ›pudicitiae sanctitate‹. [6]) Was zwischen ›omnes‹ und ›amant‹ steht, ist bis auf ›pot‹ nicht zu lesen. S. quicunque te...potes. [7]) Auf ›diligunt‹ folgt Etwas, was nicht mehr zu lesen ist. [8]) Das zwischen ›Et no‹ und ›ore‹ Stehende unleserlich. Auch ›Et no‹, was S. hat, ist nicht sicher. ›Ore‹ hat S. am Rande und in seiner Ausg. durch ›stup‹ ergänzt, wahrscheinlich mit Recht. [9]) Das auf ›ardui‹ folgende Wort sieht aus wie ›ingeris‹ oder ›iugeris‹. S. jugi. [10]) Das auf ›u‹ Folgende unleserlich. S. uitam. Uiam? [11]) So nicht unwahrscheinlich. [12]) Das zwischen ›in his‹ und ›praesertim‹ Stehende unleserlich. Vor ›praesertim‹ scheint ›casit‹ gestanden zu haben. S. in his........ Christum sequitur. [13]) So hat das schwer zu lesende Wort wahrscheinlich gelautet; S. mortua. [14]) Die Worte ›omnia, ita ut nullus sit‹ sehr undeutlich und unsicher.

Christianitatis[1]) conuersatione non admiretur aetatem. Noli perdere magnum .... bonum[2]), et egregiam consummatamque fabricam nequaquam uelis unius anguli destructione foedare[3]). Nihil de gloria tua saeculum rapiat, custodi diligenter unum, ut facilius possideas totum[4]). Pudicitia enim omnium bonorum mater est; haec nonnumquam cum prole sua aut .... licitum[5]) senes moribus et longaeuos animi .... paene[6]), ubi enim temporibus nostris, si te luxuria .... uicerit[7]), ut omnes ..[8]) genere uitiorum multi ....[9]).

[1]) »Christianitatis« nicht ganz sicher. [2]) S. magnum hoc in te bonum. »Hoc in te« sehr unsicher. [3]) »Destructione foedare« nicht ganz sicher, aber doch sehr wahrscheinlich. Vgl. übrigens ob. I. S. 123. [4]) »Totum« zwar nicht ganz sicher, aber höchst wahrscheinlich. [5]) Das zwischen »aut« und »licitum« Stehende unleserlich. S. aut amittitur, .. et illicitum. [6]) Das zwischen »animi« und »paene« Stehende fast unleserlich. S. maturitatis .. Quid plura. Maturę ętatis? Zu »Quid plura«, was S. auch an den Rand des C. geschrieben hat, berechtigt der Text nicht. [7]) S. luxuria non uicerit. »Non« ist sehr zweifelhaft. Es stand zwischen »luxuria« und »uicerit« noch Mehr. [8]) So S. »Ut omnes« doch unsicher. [9]) S. »multipliciter exoriri« und hierauf: »*Videntur aliqua deesse*«. Was auf »multi« folgt, ist sehr unsicher.

VII. VIII.

EIN ERMAHNUNGSSCHREIBEN

AN EINEN JÜNGST ZUM ASKETISCHEN LEBEN BEKEHRTEN.

AUS EINER MÜNCHENER HANDSCHRIFT SAEC. X

ZUM ERSTEN MALE HERAUSGEGEBEN.

EIN BRIEF EINER FRAU

AN EINE ANDERE VON HOHER GEBURT.

AUS EINER ST. GALLENER HANDSCHRIFT SAEC. IX

ZUM ERSTEN MALE HERAUSGEGEBEN.

VII.

Ein Ermahnungsschreiben an einen jüngst zum asketischen Leben Bekehrten.

Magnum cumulatur[1]) animae gaudium, quando creatoris sui fuerit adepta remedium[2]), uel de periculosi istius mundi turbinibus[3]) ad portum uerae salutis fuerit [aduecta, et de caenoso huius saeculi profundo ad petrae securitatis fuerit[4])] euoluta fastigium. Idcirco, carissime frater, multo[5]) alacritatis[6]) gaudio[7]) repletum me esse cognoui, [cum te[8])] in talem conuersionem positum esse perspexi uel ad poeni[tentiae[9])] medicamenta confugientem audiui. Dabit ergo Dominus sermonem loquendi, qui dedit conpunctionem cordis amandi. Uellem inprimis tuum laudare propositum, sed laus gloriosi[10]) laboris uerba dicentis adulatorie[11]) non recipit. Parum quippe est, ut a tam[12]) misero me homine praedicetur atque laudetur in terris, quod ab angelis honoratur in caelis; siquidem iuxta euangelii sententiam de uno poenitente plus gaudent angeli, quam de nonaginta nouem iustis[13]), qui poenitentia[14]) non egebant[15]). Ergo quia

[1]) C. comolatur. [2]) C. remedio. [3]) C. turbenibus mit einem Strich (i) durch »e«. [4]) Worte, wie ungefähr diese (vgl. Stellen, wie Ps. 27, 5. 40, 3. 69, 3. 15 f.), müssen zwischen »fuerit« und »euoluta« ausgefallen sein, da »euoluta fastigium« durchaus nicht zu »ad portum uerae salutis fuerit« passt. Der Ausfall wurde wahrscheinlich durch ein Homoeoteleuton (fuerit, fuerit) hervorgerufen. [5]) C. multum. [6]) C. »alacretatis« mit einem Strich (i) durch »e«. [7]) C. gaudia. [8]) Von dem oberen Rand der Handschrift ist Etwas abgerissen. Auf dem Abgerissenen müssen die zwei eingeklammerten Worte gestanden haben. [9]) C. »poene« mit einem Strich (i) durch »e«. — Von »tentiae« gilt dasselbe, wie von »cum te«. S. die vorangeh. Anm. [10]) C. »gloriose« mit einem Strich (i) durch »e«. [11]) C. ursprünglich »adulaturie«. Das zweite »u« wurde dann in »o« corrigirt. [12]) C. utatame. Das erste »a« ist beinahe ausradirt, und ebenso ist nach »e« ein »m« oder »n« fast ausradirt (ut tamen?). [13]) C. »iustes« mit einem Strich (i) durch »e«. [14]) C. »poenitentiam« mit fast ausradirtem »m«. [15]) Man erwatet »egent«. Pacianus bei Sab. hat doch ähnlich »*quibus non fuit opus poenitentia*.

uerum est, quod ueritas dicit, et fidei dignum est, quod ueritate[1]) probatur, credendum est, gaudere angelos in conuersione poenitentis[2]). Sed quia angeli gaudent, sine dubio daemones contristantur. Gaudent angeli, quod homo ascensurus ad caelos est; contristantur daemones, quia homo eo[3]) ascensurus ab ipsis est. Illi laetantur, quorum augetur[4]) numerus[5]), hi maesti sunt, qui de numero[6]) perdiderunt. Gaude[7]) ergo atque[8]) laetare, dilectissime[9]) frater, et Christo sine intermissione gratias age, quod, aliis exemplum[10]) praebens, dignatus est Dominus per melioris uitae conuersionem te in iustorum recipere chorum[11]). Nemo enim uenit ad illum, nisi cui ille[12]) porrexerit[13]) manum, secundum quod ipse Dominus in euangelio loquitur, dicens: *Nemo uenit ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum*[14]). Ergo cauendum fortiter nobis est, ne ille draco antiquus[15]), qui semper ab initio occultas consueuit parare insidias, aliquas tendiculas[16]) concupiscentiae mundi huius superfluas nobis ingerat; quia scriptum est in apostolo, quod ei sunt nomina mille et mille nocendi artes[17]). Et si de tam multis pauca nos uix cogn[ouimus[18])] uel inuenire possumus[19]), quid acturi sumus, nisi Dei auxilium [con] tra[20]) eius impetus postulemus[21]). Numquam enim ille apertas, sed absconsas semper parare consueuit insidias. Cum uiderit, nos feruenti animo ad Christi[22]) euolare[23]) praesidium, subtrahit[24]) se modicum, ut melius postea aduersum nos possit habere conflictum. Inde est, quod in nobis nascitur disputatio[25]), ut incipiat in animo quasi displicere, quod placuit, et quod uoti fuerat, contemni[26]). [Quod respuerat[27])], iterum incipit animus plus amare. Inde est, quod plerique ponentes manum in aratrum, respicientes

1) C. ›uer*e*tate‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 2) C. ›poen*e*tentis‹ mit einem Strich (i) durch das erste ›e‹. 3) ›Eo‹ steht über der Zeile. 4) C. ›aug*i*tur‹ mit in ›e‹ corrigirtem ›i‹. 5) C. numer$\overset{v}{o}$s. 6) C. ›numero*m*‹ mit ausradirtem ›m‹. 7) C. Gaude*v* mit ausradirtem ›v‹. 8) C. ›atqu*a*e‹ mit ausradirtem ›a‹. 9) C. ›dilectissim*a*e‹ mit ausradirtem ›a‹. 10) C. ex$\overset{v}{i}$mplum. 11) C. chor$\overset{v}{o}$. 12) C. ill$\overset{o}{i}$. 13) C. ›p$\overset{r}{o}$rexer*a*t‹ mit in ›i‹ corrigirtem ›a‹. 14) Joh. 6, 44. 15) C. antiqu$\overset{v}{o}$s. 16) C. ›tend*e*colas‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 17) Vgl. Stellen, wie 2 Cor. 11, 14 und Eph. 6, 11. 18) S. ob. S. 171 Anm. 8. 19) C. poss$\overset{v}{o}$mus. 20) S. ob. S. 171 Anm. 8. 21) C. post$\overset{v}{o}$lemus. 22) C. $\overset{d}{a}$christi. 23) C. euolar$\overset{e}{i}$. 24) C. subtr*a*it. 25) C. disp*o*tatio. 26) C. ›contemn*e*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 27) Diese oder ähnliche Worte müssen im C. ausgefallen sein. An dem Platz, den sie eingenommen haben müssen, ist Etwas vollständig ausradirt.

retro impediti sunt regno[1]) Dei, dum id, quod respuere se nouerunt, iterum amare incipiunt. Unde nos, prudentissime cogitantes[2]), recolamus, quod beatissimus[3]) Paulus dicit: *Quae retro sunt, obliuiscens, in antea*[4]) *me extendens, [persequor*[5])] *ad brauium*[6]) *supernae uocationis Christi*[7]). Totis igitur uiribus euolemus, ut post transacta multa certamina, post iniurias, post obprobria malorum hominum cum fiducia[8]) cum apostolo dicere ualeamus[9]): *Certamen bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui*[10]). Si hanc uocem[11]) mente libera uolumus proclamare, hic in peregrinis atque[12]) pauperibus laboremus, ut illic postea in patria remuneremur[13]), hic seminemus[14]) in lacrimis, ut illic[15]) metamus[16]) in gaudiis, secundum id, quod dicit propheta: *Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent*[17]). Abscidatur, in quantum possumus, a cordibus nostris cupiditas[18]), euellatur superbia, eradicetur inuidia, plantetur humilitas, inseratur caritas[19]), fructificet[20]) uera dilectio. Audiamus, qualiter Iohannes[21]) apostolus[22]) in epistola sua contestatur[23]), dicens: *Nolite diligere*[24]) *mundum, [neque*[25])] *ea, quae in hoc mundo sunt; si quis diligit mundum, non est [ca]ritas*[26]) *patris in eo; quoniam omne, quod in hoc mundo*[27]) *est, concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est*[28]) *et superbia humanae uitae, quae non sunt de patre*[29]), *sed de hoc mundo; et mundus transiet et*[30]) *concupiscentia eius, qui autem fecerit uoluntatem Dei, manet in aeternum*[31]). Et Iacobus apostolus dicit: *Nescitis, quod amicitia*[32]) *mundi inimica est Deo?*

1) C. ›regn*um*‹ mit ausradirten ›m‹ und in ›o‹ corrigirtem ›u‹. 2) C. ›cog*e*tantes‹ mit einem Strich (i) durch das erste ›e‹. 3) C. ›beat*e*ssimus‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 4) = ea, quae ante sunt. 5) Dieses Wort oder ein ähnliches muss im C. ausgefallen sein. 6) **Βραβεῖον**. C. bra*c*hium. 7) Phil. 3, 13. 8) C. ›feducia‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 9) C. $\overset{o}{u}$aliamus. 10) 2 Tim. 4, 7. 11) C. Si ac uoc e (Si hac uoce). 12) C. ›atqu*ae*‹ mit ausradirtem ›a‹. 13) C. $\overset{ro}{mu}$neremur (›re‹ mit bleicherer Dinte). 14) C. seminem*is*. 15) C. ›ill*uc*‹ durch Radiren in ›illic‹ verwandelt. 16) C. ›metamu*r*‹. 17) Ps. 126, 5. 18) C. ›co*pe*d*e*tas‹ mit ›v‹ über ›o‹ und einem Strich (i) durch die beiden ›e‹. 19) C. ›car*e*tas‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 20) C. ›fructif*e*cit‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹ und ›e‹ über ›i‹. 21) C. ›Iohan$\overset{o}{n}$is‹. 22) C. apostol$\overset{v}{o}$s. 23) C. contest*e*tur. 24) C. dil*e*gere. 25) S. ob. S. 171 Anm. 8. 26) S. ebds. — C. ›r*e*tas‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 27) C. mund$\overset{o}{^{v}}$. Unter ›v‹ stand ›o‹; dies wurde aber ausradirt. 28) So der C. 29) C. *patri s*. 30) ›*Et*‹ steht über dem ›*co*‹ von ›*concupiscentia*‹. 31) 1 Joh. 2, 15—17. 32) C. *amicic ia*. — Eine spätere Hand hat nach ›*amicicia*‹ über der Zeile ›***huius***‹ hinzugefügt.

Hoc est enim, *quod si quis uoluerit amicus*[1]) *esse mundi, inimicus est Dei*[2]). Et Paulus apostolus taliter nos instruit, dicens: *Si consurrexcritis*[3]) *cum Christo, [quae sursum sunt, quaerite, ubi Christus est in dextera*[4]) *Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terra*[5]). *Mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo*[6])] *in Deo. Cum autem Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos apparebitis*[7]) *cum ipso in gloria*[8]). Ut autem mihi uidetur, ideo[9]) sancti apostoli ista praeceperunt[10]), ut non diligamus eos, qui amatores mundi huius atque[11]) inrisores[12]) ministrorum[13]) Dei sunt, sed qui amatores Christi atque[14]) sanctorum esse noscuntur, iuxta id, quod in euangelio Dominus monet, dicens: *Mandatum nouum do nobis, ut diligatis [uos] inuicem*[15]). *In hoc cognoscent omnes homines, quod mei discipuli estis, si uos inuicem dilexeritis*[16]) Sicut in alio loco euangelista de ipso Domino nostro conmemorat: *Cum autem, ingressus in templum, inter turbas fuisset*[17]), *uenit quidam ei adnuntians*[18]), *quod mater sua et fratres sui starent foris, quaerentes eum. At ille, eleuans oculos in discipulos*[19]), *ait: Ecce fratres mei! Omnis enim, qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse mater et frater et soror mea est*[20]). Adtendamus fortiter atque[21]) consideremus, qualiter nos ipse Dominus inuitat ad regnum. Sic enim ait: *Uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati*[22]) *estis, et ego reficiam uos*[23]). Non iterum oculi nostri declinentur in terram, qui tam bene, Domino inspirante, eriguntur[24]) ad[25]) caelum[26]). Habeat terra, quod suum est, colligant[27]) spinas ac tribulos, qu[icumque[28])] hominis imaginem portare desiderant, nos

1) C. *amicas*. 2) Jac. 4, 4. 3) C. ›*consurrexeretis*‹ mit einem Strich (i) durch das lezte ›e‹. 4) Oder ›*ad dexteram*. 5) Oder ›*in terra*‹. 6) Die eingeklammerten Worte sind im C. ›per Homoeoteleuton‹ (*cum Christo, cum Christo*) ausgefallen. 7) C. ›*apparebetis*‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 8) Col. 3, 1—4. 9) C. idio. 10) C. praeciperunt. 11) C. ›atqu*a*e‹ mit ausradirtem ›a‹. 12) C. inrisoris. 13) C. ›menistrorum‹ mit einem Strich (i) durch das erste ›e‹. 14) C. ›atqu*a*e‹ mit ausradirtem ›a‹. 15) C. ›*dilegetes*‹ mit einem Strich (i) durch das erste und dritte ›e‹. 16) C. ›*dilexeretis*‹ mit einem Strich (i) durch das dritte ›e‹. — Joh. 13, 34 f. Zwischen dem ersten ›*inuicem*‹ und ›*In hoc*‹ sind vielleicht einige Worte ausgefallen, und ebenso ist wahrscheinlich vor jenem Worte ›*uos*‹ ausgefallen. 17) C. fuissit. 18) C. adnontians. 19) C. discipolos. 20) Matth. 12, 46—50. Marc. 3, 31—35. 21) C. ›atqu*a*e‹ mit ausradirtem ›a‹. 22) C. *h*onerati. 23) Matth. 11, 28. 24) C. ›ereguntur‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 25) C. a. 26) C. cael*o*. 27) C. ›*co*l*e*gant‹ mit ›l‹ über ›o‹ (wohl von einer anderen Hand) und einem Strich (i) durch ›e‹. 28) S. ob. S. 171 Anm. 8.

autem adhae [rere caelo[1])] bonum est. Faciamus igitur nobis amicos de iniquo mammona, qui nos in aeternam habitationem recipiant[2]). Parum est deposuisse[3]) uestimenta splendida[4]) et adsumpsisse[5]) mediocria, humiliasse ante homines uultum, si ante Deum[6]) cupiditate noster animus exardescit[7]). In posterum non est magnum atque[8]) utile, sicut sanctus Hieronymus[9]) scribit, uilem in scapulis[10]) iactare[11]) pallium et plenum marsupium habere reconditum. Non possumus audire dicentem Dominum[12]): *Nolite cogitare de crastino*[13]), audiamus apostolum[14]): *Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus*[15]); non possumus[16]) audire cum apostolis Dominum, audiamus cum militibus seruum, qui ait: *Redemptio animae propriae diuitiae*[17]). Non nobis opportunum[18]) est illos ditare muneribus, quibus[19]) christiana religio uidetur[20]) esse opprobrium[21]), apud quos execrabilis castitas, nequam[22]) humilitas, odiosa ieiunia, uoluntaria pro[23]) Christo paupertas amentia iudicatur. Hi sunt, qui Dei seruis libenter[24]) insultant, in conuiuiis suis ipsos[25]) semper detractant, sedentesque aduersus filios[25]) matris suae scandalum ponunt[26]), quos Dominus in euangelio condemnat, dicens: *Melius illis erit ligari*[27]) *mola asinaria*[28]) *collo eorum et mitti in mare, quam scandalizare*[29]) *unum de minimis Christi*[30]). Ueniet igitur ille dies examinationis[31]), quando dicent inter se gementes, sicut scriptura sancta testatur: *Hi sunt, quos aliquando habuimus*[32]) *in similitudinem inproperii; nos autem insensati*[33]) *uitam illorum aestimauimus*[34]) *insaniam et finem illorum sine honore. Quomodo conputati*[35]) *sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum*

[1]) S. ebds. [2]) Luc. 16, 9. [3]) C. depossuisse. [4]) C. »splendeda« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [5]) Das »p« ist später eingefügt. [6]) C. deo. [7]) C. exardiscit. [8]) C. »atquae« mit ausradirtem »a«. [9]) C. hieronimus. [10]) C. scapolis. [11]) C. iectare. [12]) C. dicente domino. [13]) C. *crasteno*. — Matth. 6, 34. [14]) C. apostolo. [15]) 1 Tim. 6, 8. [16]) C. possomus. [17]) Prov. 13, 8. [18]) C. *opor*tunum. [19]) C. quo. [20]) C. »uedetur« mit einem Strich (i) durch das erste »e«. [21]) C. *opr*obrium. [22]) C. nquam (das »e« etwas bleicher). [23]) »Pro« ist zwischen »uoluntaria« und »Christo« mit bleicherer Dinte eingezwängt. [24]) C. »lebenter« mit einem Strich (i) durch das erste »e«. [25]) C. ursprünglich »ipsus« und »filius«; dann »u« in beiden Wortem i »o« verwandelt. [26]) Ps. 50, 20. [27]) C. »*legari*« mit einem Strich (i) durch »e«. [28]) C. »*asenaria*« mit einem Strich (i) durch »e«. *Molam asinariam?* [29]) C. *scandalizari*. [30]) Matth. 18, 6. Marc. 9,» 42. [31]) C. examinationes« mit einem Strich (i) durch »e«. [32]) C. »*habuemus*« mit einem Strich (i) durch »e«. [33]) C. »*insinsati*«. Das zweite »i« in »e« verwandelt. [34]) C. *aestemauimus*. [35]) C. *conpotati*.

est[1])! Uae his, qui talia agunt, quorum sermo serpit ut cancer, qui saeculum magis [quam Deum[2])] diligere[3]) cupiunt! De talibus[4]) enim pronunciat psalmista, [di]cens[5]): *Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Domini nostri magnificabimur. Ipsi obligati*[6]) *sunt et ceciderunt, nos uero resurreximus et erecti sumus*[7]). Erigamus ergo oculos[8]) cordis nostri ad eum, *qui habitat in caelo, et sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, uel sicut oculi ancillae in manibus dominae suae, ita*[9]) *oculi nostri ad Dominum, Deum nostrum, sint, donec misereatur nobis*[10]), et, cum misertus fuerit nostri, non recedamus[11]) ab eo, neque separemur ab illo, qui dixit: *Ecce, ego uobiscum sum omnibus*[12]) *diebus usque*[13]) *ad consummationem saeculi*[14]), sed, uiriliter[15]) agentes et ipsius adiutorium inplorantes, mandata eius, in quantum possumus, custodire studeamus[16]). Non respiciamus uanitatem[17]) et insanias falsas, neque[18]) in dilectionem mundi huius, quae caduca et temporaria atque[19]) transeuntiana[20]), non perpetua esse noscitur[21]). Non nos separet[22]) a caritate[23]) Christi ulla tribulatio, sed gemendo et ex corde lacrimas proferendo humiliemus nos in conspectu Domini et *ploremus coram Domino, qui fecit nos. Praeoccupemus*[24]) *faciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus ei*[25]). Feruenti[26]) animo et non tepido[27]) curramus ad eum, quia tepidum[28]) discipulum[29]) non amat Christus. Dicat unusquisque, quid uelit, ego interim de meae paruitatis[30]) sensu iudicaui, melius mihi esse confundi coram peccatoribus[31]) in terra, quam coram angelis sanctis in caelo uel ubicumque[32]) iudicium

bus
1) Sap. 5, 3—5. 2) S. ob. S. 171 Anm. 8. 3) C. dilegere. 4) C. talis. 5) S. ob. S. 171 Anm. 8. 6) C. ›*Ipse obligate*‹ mit einem Strich (i) durch die beiden ›e‹. 7) Ps. 20, 8 f. 8) C. ursprünglich ›oculus‹; dann ›u‹ in
ita
›o‹ verwandelt. 9) C. *suae*. 10) Ps. 123, 1 f. 11) C. ›recidamus‹ mit in ›e‹ verwandeltem ›i‹. 12) ›*omnebus*‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. 13) C. ›*usquae*‹ mit ausradirtem ›*a*‹. 14) Matth. 28, 20. 15) C. ›uerili-
v v
ter‹ mit einem Strich (i) durch das erste ›e‹. 16) C. costodire stodeamus. 17) C. ›uanetatem‹ mit einem Strich (i) durch das erste ›e‹. 18) C. ›nequae‹ mit ausradirtem ›a‹. 19) C. ›atquae‹ mit ausradirtem ›a‹. 20) C. transeuntiana. 21) C. ›nuscitur‹ mit in ›o‹ verwandelten ›u‹. 22) C. ›separet‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 23) C. ›caretate‹ mit einem Strich (i) durch
v
das erste ›e‹. 24) C. *praeoccopemus*‹. 25) Ps. 95, 6. 2. 26) C. ›Feruente‹ mit einem Strich (i) durch das letzte ›e‹. 27) C. ›tepedo‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 28) C. ›tepedo‹ mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹ und v̆ über ›o‹. 29) C. ›discipolo‹. Das erste ›o‹ in ›u‹ verwandelt und über dem zweiten ›v̆‹. 30) C. ›paruetates‹ mit einem Strich
bv
(i) durch die beiden ›e‹. 31) C. peccatores mit einem Strich (i) durch das zweite ›e‹. 32) C. ›ubicumquae‹ mit ausradirtem ›a‹.

suum uoluerit demonstrare. Et licet[1]) apostolus sine intermissione nos orare praecipiat, tamen, dum pro gubernandis[2]) rebus nobis commissis aliquas moras habere uidemur, uel statutis horis, quod nos[3]) ecclesiastica docet[4]) auctoritas[5]), iam Dominum[6]) exorare atque[7]), illius misericordiam inplorare non desistamus, quia beatus uir ille est, qui in lege Domini eruditur. *Beatus, qui in lege eius d[ie ac nocte*[8])] *meditatur*[9]), cuius animus et sermo Dei semper eloquia retractat. Quem non inmerito diuinus sermo per Salomonem[10]) conlaudat, dicens: *Beatus homo, qui inuenit sapientiam! Melius est enim illam mercare, quam auri et argenti thesauros, pretiosiorem*[11]) *lapidibus pretiosis*[12]). Si aliquas igitur, carissime[13]), temptationes[14]), quod frequenter inimicus solet[15]) ingerere, senserimus[16]) in nobis, non confundamur, neque contristemur, sed, sicut diximus[17]), Christi auxilium ad repellendas diaboli temptationes[18]) inploremus, quia *non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Sed*[19]) *expectatio*[20]) *[creaturae reuelationem*[21])] *filiorum Dei expectat*[22]). Et in alio loco: *Beatus uir, qui suffert temptationem*[23]), *quia, cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit Dominus diligentibus se*[24]). Sed, dum multiloquium mihi cauendum est, sermo meus iam finem accipere debet. Domine mi[25]) et amantissime, in Christo semper desiderande amice, dignare meae[26]) modicitatis conloquium benigno animo atque[27]) salubri[28]) corde recipere[29]). Da ueniam, si quid

[1]) C. lic$\overset{e}{i}$t. [2]) C. g$\overset{v}{o}$bernandis. [3]) C. no*b*is. Wohl durch das vorangehende »nobis« oder auch durch »statut*is* hor*is*« hervorgerufen. [4]) C. d$\overset{e}{o}$c*i*t. [5]) C. »*o*ctor*e*tas« mit in »au« verwandeltem »o« und mit einem Strich (i) durch »e«. [6]) C. domin*o*. [7]) C. »atqu*a*e« mit ausradirtem zweiten »a«. [8]) S. ob. S. 171 Anm. 8. [9]) Ps. 1, 2. [10]) C. S*o*lomonem. [11]) C. *praeciosiorem*. [12]) L. »*lapedibus* pra*ec*iosis« mit einem Strich (i) durch das »e« von »*lapedibus*«. — Prov. 3, 13—15. 8, 19. 16, 16. [13]) C. »carissim*ae*« mit ausradirtem zweiten »a«. [14]) C. »tempta*c*iones« mit in »t« verwandeltem »c«. [15]) C. sol$\overset{e}{i}$t. [16]) C. s*i*nser*e*mus. [17]) C. »dix*e*mus« mit einem Strich (i) durch »e«. [18]) C. te*n*ta*c*iones« mit in »t« verwandeltem »c«. [19]) So der C. st. des »*Nam*« der Bibelstelle. [20]) C. »expectacio« mit in »t« verwandeltem »c«. [21]) Diese Worte sind im C. ausgefallen. [22]) Rom. 8, 18 f. [23]) C. »te*mt*a*c*ionem« mit in »t« verwandeltem »c«. [24]) Jac. 1, 12. [25]) C. »Domin$\overset{e}{i}$ m*e*« mit einem Strich (i) durch »e«. [26]) C. me*i*. [27]) C. »atquae« mit halb ausradirtem zweiten »a«. [28]) Nach »salubri« ist Etwas ausradirt. Das »i« von »salubri« scheint vom Corrector herzurühren. [29]) C. »rec*e*pere« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«.

forte inperito sermone[1]) locutus[2]) sim, quia caritas[3]) nescit timere et *meliora sunt uulnera amici quam uoluntaria oscula*[4]) *inimici*[5]). Unum dico, quod cupio, quia, Christiani cum simus, caelum debemus amare, non terram et uoluntati[6]) Dei plus oboedire, quam saeculi et[7]) iudicium aeternum magis timere, quam hominum. Ora pro me et sic age, ut et mihi scripsisse et tibi legisse gloriosum sit.

VIII.

Ein Brief einer Frau an eine andere von hoher Geburt.

Nisi, tanti seminis[8]), silentium meum ad tuam iniuriam reuocares[9]), rata[10]) fueram[11]) conpetentem mihi propheticam sententiam, quae ait: *Si est tibi sermo, responde proximo, sin autem, sit manus tua super os tuum*[12]). Quid enim respondere tibi possem, aut unde loquendi uerba praesumerem[13]), cum ita totum canonis corpus epistolae tuae sermone conplexa sis, ut nihil mihi relinqueres ad dicendum. Latuit mihi hactenus[14]) arca testamenti[15]), hoc est conpago

[1]) C. »semonem« mit einem bleichen »r« zwischen dem ersten »em« über der Zeile und beinahe ausradirtem »m« am Schlusse. [2]) Im C. stand »locutus«. Dies wurde aber, wie es scheint, in »loqutus« corrigirt (mit schwärzerer Dinte). [3]) C. »caretas« mit einem Strich (i) durch »e«. [4]) C. oscola (mit v über dem zweiten o). [5]) Prov. 27, 6. [6]) C. »uoluntate« mit einem Strich (i) durch »e«. [7]) C. saeculi$^{.et}$. [8]) So hoher Herkunft, hohen Geschlechts. Kurzer Ausdruck für »cum tanti seminis sis«, τοσούτου σπέρματος οὖσα. [9]) Für etwas dich Beleidigendes, eine Beleidigung erachtetest. S. Georges unt. »reuocare«. [10]) C. rectam. Das erste »a« von »rata« wurde »ec« gelesen, und das zweite durch Einfluss von »fueram« in »am« verwandelt. [11]) St. »fuissem«. S. Kühner, Ausführl. Gramm. der lat. Spr. II, 1. S. 127, 2, d. [12]) Sir. 5, 12 (14 It. Vulg.): *Si est tibi intellectus* (σύνεσις), *responde proximo tuo, sin autem* (εἰ δὲ μή), *sit manus super os tuum.* Sin autem = si autem non, sc. sit. Vgl. Luk. 13, 9 It. Vulg.: *ut* (Vulg. *et*) *si quidem fecerit fructum, sin autem, in futurum succides eam.* [13]) Von wo sollte ich sie hernehmen um sie in der Rede zu gebrauchen. [14]) C. actenus. [15]) »Arca testamenti« wie in der lat. Uebers. von Iren. Adv. haress., Lib. II c. 24 n. 3, bei Tert. Adv. Marc. IV, 12, in 4 Esr. x, 22 und Grom. vett. ex rec. C. Lachm. p. 373 l. 4. Der Ausdruck stammt aus der It. S. Deut. 10, 8. 31, 9 und Jos. 4, 16 bei Sab. Die Vulg. hat nur Num. 14, 44 und Jer. 3, 16 »*testamenti*«, sonst »*foederis*«.

tui cordis, in qua omnis librorum bibliotheca[1]) congesta est. Meretur sane et ab intus et a foris deaurari materia principali, quae tam fideliter scripta digito Dei uerba custodit. Meruit quidem propheticum testimonium illa in mysterio Christi sponsa, quae sitientem Abrahae famulum deposito ex humeris suis hydriae[2]) liquore[3]) satiauit[4]), sed non minoribus[5]) illa[6]) es donanda titulis et consecranda[7]) sententiis, quae nos, Abrahae famulos (quia omnis, qui peccat, seruus est[8])), ex hydria[9]) pectoris tui, hoc est thesauro ex uase fictili[10]), satiasti. Bibi sane ex his, quae scripseras, et camelos meos adaquaui, id est uitia mea uniuersa cognoui, quia nihil ex his, quae in me esse arbitrabaris, inueni. Sed longe[11]) claret, quia ex opere tuo infelicitatem meam ignorantiamque pensasti, et quicquid tibi cotidiani laboris cura contulerat, id totum in mea assertione posuisti[12]). Debueram quidem talis esse, qualem esse me sentis, quia omnia possibilia sunt credenti[13]), sed cum uelle mihi non[14]) adiaceat, perficere prorsus inpossibile est[15]). In te uero utraque stant, et utraque fructificant. Agnoui sane, de qua propheta dixisset: *Ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium*[16]). Tu potes libere proclamare: *Concepimus in utero, Domine, et parturiuimus spiritum salutis tuae, quem fecisti super terram*[17]). Tu uerbum Dei foeta, tu sermonem eius enixa, sic nobis scientiam Dei parturis, ut apud te semper extensa uel plena sis. Agnoscant, qui dubitant, qualiter uirgo conceperit qualiterque pepererit, et scripta tua legant, quia hic est uirginei fructus incorrupta fecunditas. Tibi sane in exemplo Sarrae, septem uiris, hoc est spiritibus mundi, mortuis, angelo pronubante, cum Christus nupsit, tum inimicus occubuit[18]). Mihi autem infelici[19]) necesse est[20]) petere a patre meo, ut plangam

1) C. biblio*teca*. 2) C. ›idrye‹ mit in ›i‹ corrigirtem ›e‹. 3) licore. 4) Rebecca Gen. 24, 18. Rebecca galt, weil Isaacs Weib, dem kirchlichen Alterthum und Mittelalter als ein Typus der Kirche. S. z. B. Ambr. De Abraham Lib. I n. 88 ss. und Isid. Quaestt. in vet. test. C. XIX n. 3 ss. 5) C. min*or*. Nach ›minor‹ ist im C. ein oder mehr als ein Wort ausradirt. 6) C. ill*o*. 7) C. consecra*ta*. 8) Joh. 8, 24; vgl. auch 2 Pet. 2, 19 und Rom. 6, 16 f. 20. 9) ẏdria. 10) 2 Cor. 4, 7. 11) Weithin, sehr. S. Georges's Lex. s. v. 12) Der Sinn ist wohl: von diesem Allen hast du erklärt, dass es mein Eigenthum ist, dass ich es besitze, alles dies hast du mir zuerkannt, beigelegt. S. Georges unt. ›asserere‹ und ›assertio‹. 13) Marc. 9, 23. 14) C. m*eum*. 15) Wenn du zu seiner Zeit gelebt hättest, wenn er dich gekannt hätte. Vielleicht steht doch der Conj. Plusqampf. für den Conj. Impf.: wenn er jetzt lebte. S. Rönsch, It. u. Vulg. S. 431. 16) Jes. 7, 14. 17) Jes. 26, 18 It. S. Sab. z. St. 18) Tob. c. 3 und c. 6—8. 19) C. ›infelic*e*‹ mit ›i‹ durch ›e‹ als Correctur. 20) Das kleine Stück des Blattes, worauf ›est‹ gestanden haben muss, ist abgerissen.

uirginalia mea, priusquam paternorum labiorum pacta dissoluam[1]. quia nullum ante conspectum[2]) Domini fructum meae[3]) uirtutis ostendo. Occidit quidem pater meus Moabitas atque Ammanitas[4]), id est ebrietatis in me et fornicationis genus extinxit; sed quid mihi prodest, quia uerbum Dei in utero, hoc est in corde, non habeo? Et scio, quia uirginitas sine scientia in tenebris ambulat et lumen ignorat ac, nomen tantum sine opere possidens, nequaquam canopei[5]) sponsalis limen ingreditur. Porto candelabrum gutturis mei exhausta[6]) papyri[7]) ariditate, id est inanium uerborum leuitate[8]), conpletum, quod scientiae pinguedo non tetigit; in quibus [cum[9])], infelicem me esse, nouerim, uel hoc a uobis[10]), quae oleo[11]) abundatis[12]), inploro, ut a quibus emere debeam, demonstretis[13]). Sed iam aliquando dicam, quod Iob dixit ad Dominum: *Quid possum dicere, cum audiam talia uerba, aut quid respondebo, cum sim nihil? Sed semel locutus, non adiciam iterum*[14]). Agnoui enim, me esse terram

[1]) Jud. 11, 26 ss. ›Uirginalia‹ hat wohl in der It. gestanden, da die LXX Jud. 11, 37 τὰ παρθένιά μου haben. Ambrosius hat doch nach ›De obitu Valentiniani consolatio‹ n. 49 (*flebo in montibus super* ***virginitatem*** *meam*; vgl. ›De off. minist.‹ III, 12, 81: ›quae uirginitatem eius — pio affectu prosequerentur) ›*virginitatem*‹ gelesen. Auch in Deut. 22, 14. 15. 17. 20 übersetzt die It. τὰ παρθένια durch ›*virginalia*‹, während die Vulg. ›non inveni virginem, **signa virginitatis**, virginitas‹ hat. Bei Georges fehlen die Bedeutungen ›virginitas‹ und ›signa virginitatis‹, bei Forcellini die erstere. [2]) co*n*pectum. [3]) C. m*e*. [4]) C. *am*anitas. ›Ammanitae‹ nach der It. (s. Aug. Quaestt. in Hept. Lib. V n. 35) und indirect nach den LXX (Ἀμμανίτης, Ἀμμανῖτις Deut. 23, 3. 1 S. 11, 1. 2. 1 Kg. 11, 1. Neh. 13, 23). Die Vulg. hat ›Ammonites‹ und ›Ammonitis‹. Auch hier wird übrigens auf die Geschichte Jephtas angespielt. [5]) ›C*a*nopeum‹ st. ›conopeum‹, κωνωπεῖον (von κώνωψ), im mittelalterlichen Latein ›*cana*peum‹ (s. du Cange), it. c*a*nopè, franz. c*a*napè, eig. Mückennetz, dann mit einem Mückennetz versehenes Bett, hier mit ›sponsale‹ Brautbett. [6]) C. ex*au*sta. Das Wort hat hier die Bedeutung ›vollendet, vollkommen‹. [7]) C. pap*i*ri. Die Schreiberinn muss von einem von dem Holz der Papirusstaude verfertigten Candelaber reden. Vgl. Herodot. L. II c. 96 und Plin. Hist. nat. Lib. XIII c. 22. [8]) Nach ›leuitate‹ steht ›ue‹ mit einem schiefen Strich durch die beiden Buchstaben. [9]) Dieses Wort muss hier ausgefallen sein. ›In quibus‹, sc. uerbis inanibus. [10]) C. uel a(hoc)uobis. ›Hoc‹ rührt von der Hand des Schreibers her. [11]) C. ole*um*. [12]) C. *h*abundatis. [13]) Matth. 25, 8 s. [14]) Hiob 39, 34 f. (im Grundtext 40, 4 f.) frei citirt nach der It. Hieronymus's Uebersetzung der LXX hat: ***audiens talia, cum nihil sim? quod responsum dabo? — Semel locutus sum, iterum non adiciam*** (Lagarde, Mittheil. II, 234), die Vulg.: *Qui leuiter locutus sum, respondere quin possum? — Unum locutus sum, quod utinam non dixissem, et alterum, quibus ultra non addam.*

et cinerem[1]), quia aliorum[2]) tale opus aspicio, ex quibus in me ipsa nihil sentio. Apparet, tecum, exemplo sanctae Mariae[3]), angelum, hoc est[4]) spiritum, fabulari, quia[5]) tali erudita sermone es. Custodi sane, custodi non soror, sed domina nuncupanda, quod cordis tui sacrarium concepit et uentris tui fructus effudit, ut circumferas et demonstres[6]) in Aegypto[7]) filium tuum[8]), hoc est nobis in saeculi obscuritate uiuentibus doctrinae tuae fructus ostendas. Nec dubie dicam, te unam esse ex quattuor uirginibus prophetantibus, quas apostolicorum actuum[9]) conscriptus[10]) edisserit[11]). Tu es illa nimirum, de qua sacri cecinere cantores: *In fimbriis*[12]) *aureis circumamicta es uarietate*[13]). *Fimbrias*[14]) enim *aureas* quid, nisi pulcros ac fideles sensus tui sermones interpreter, qui ex utroque latere oris tui afluunt uel dependunt? Quibus inest pulcra uarietas, quia ex lege, prophetis et euangeliis textum epistolae tuae diuerso testimoniorum colore pinxisti. Apparet sane, quia cibos non comedis otiosa, et quoniam[15]) uir tuus, ille, qui fabri esse filius dicebatur[16]), fusum tibi de ligno scientiae fabricauit, per quem tu de amplo historiae[17]) uellere spiritalium ducis fila uerborum. Fateor tibi, uenerabilis soror, non intellegebam illud propheticum dictum, ubi ait: *Triticum iuuenibus et uinum suaueolens uirginibus*[18]), nisi illud ex sermonum tuorum uirtute sensissem[19]). Tu es enim, quae habes suaueolens uinum, id est ex fructibus Christi, qui uitis est uera[20]), gaudio scientiae spiritalis exuberans, quae interiora uiscerum tuorum succo[21]) suae dulcedinis ac uirtutis animauit. Bene aemularis illam Sunamiticam[22]) uirginem, Dauidici[23]) corporis ministram atque custodem, quae maturam perfectamque regalem scientiam

[1]) Nach Hiob 42, 6 It. Hier.'s Uebers. der LXX hat: *aestimavi me terram et cinerem*, die Vulg.: *et ago poenitentiam in favilla et cinere.* [2]) C. qui*a*liorum. Das ›*a*‹ von ›quia‹ und das ›*a*‹ von ›*a*liorum‹ sind nur durch ein ›a‹ ausgedrückt. [3]) Luc. 1, 26 ff. [4]) C. es. [5]) C. qui. Qu*ae*? [6]) C. demo*nt*res. [7]) C. egŷpto. [8]) Nach Hos. 11, 1 und Matth. 2, 15. [9]) C. apostolicorum (*h*actuum) conscriptos (v). [10]) C. conscriptos (v) (›o‹ in ›u, v‹ corrigirt). ›Conscriptus = conscripti*o*, scriptum, scriptura‹ fehlt in den Lexx. [11]) Act. 21, 8 f. [12]) C. fimbr*e*is. [13]) Ps. 45, 14. S. Sab. z. St. [14]) C. ›Fimbr*e*as‹ mit ›i‹ durch ›e‹ als Correctur. [15]) ›Quoniam‹, wie ›quia‹ und ›quod‹ st. des Acc. c. Inf. S. die Beispiele bei Rönsch, It. u. Vulg. S. 402. [16]) Matth. 13, 55. [17]) C. hŷstorię. [18]) Sach. 9, 17 wesentlich nach der It. *(frumentum juvenibus et vinum boni odoris ad virgines;* LXX *σῖτος νεανίσκοις καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους*; Vulg. *frumentum electorum et vinum germinans virgines*). [19]) Man erwartet entweder ›priusquam — sensi‹ oder ›non intellegerem‹. Die Verf. vermischte zwei Gedanken miteinander. [20]) Joh. 15, 1. [21]) C. *suco.* [22]) C. s*o*namiticam. [23]) C. daui*t*ici.

intuitu mentis tuae calefacere et custodire non desinis[1]). Consecuta es iam pro hac attentione mercedem accipiendo claues eius, quibus aperis, quod nemo claudit, et claudis, quod nemo aperit[2]). Habet sane in te Bethsabeae, hoc est sapientiae, filius, quod zeletur[3]), ne te falsus frater aut concupiscat, aut tangat. Quod uero scribit ueneranda mihi sanctitas tua, quia amictum meum, quod[4]) super lumbos meos erat, in cauo petrae abscondissem[5]) super flumen Euphraten[6]), agnosco hoc, quia iuxta praecipitium mundiale duritia cordis mei uirtutis meae tegumenta corrupta sunt, et modo nuda de protectione sapientiae, non de uetere homine spoliata cognoscor. Sed quia iam sermonem meum et inperitia[7]) cordis et maternae aegritudinis moeror excludit, atque hoc ipsum modicum loqui uix tristitia cordis admisit, rogo, ut [super[8])] aridas radices sensus mei cophinum stercoris, hoc est ubertatem uerborum tuorum frequenter effundas[9]), ut, cum me iuxta consuetudinem uisitaueris, aliquem in me fructum boni operis inuenias.

[1]) 1 Kg. 1, 1—4. [2]) Apoc. 3, 7 (Jes. 22, 22). [3]) C. ›celetur‹ mit in ›z‹ corrigirtem ›c‹. [4]) So der C. Ein ›amictum‹ st. ›amictus‹ kommt sonst nicht vor. Wohl durch die Acc. ›amictum meum‹ hervorgerufener Fehler für ›qui‹. [5]) St. ›abscond*erim*. [6]) Nach Jer. 13, 1—7. [7]) C. inperiti*am*. ›Am‹ ist durch das vorangehende ›sermon*em* *meum*‹ hervorgerufen. [8]) ›Super‹ oder ›ad‹ oder ›in‹ muss hier ausgefallen sein. [9]) Die Verf. hat wohl Luc. 13, 8 It. *(usque dum fodiam circa eam et mittam e cophinum stercoris;* Vulg. *et mittam stercora)* vor Augen.

IX—XIV.

PREDIGTEN AUS DEM SCHLUSS DER ALTKIRCHLICHEN ZEIT UND DEM ANFANG DES MITTELALTERS.

AUS HANDSCHRIFTEN ZUM ERSTEN MALE HERAUSGEGEBEN.

IX.

Eine wahrscheinlich dem fünften Jahrhundert angehörige Himmelfahrtstags-Predigt.

Aus einer Sanct Gallener Handschrift des achten Juhrhunderts.

---

1. Summa praeteritae sollemnitatis festis praesentibus continetur, fratres karissimi. Dominus enim, qui a sacrosancto pascha usque in hanc festiuitatem cum discipulis praesens fuit, hoc die astra conscendit; unde conuenit, ut cum antiquis Christi festiuitatibus uelut recentibus gratulemur. Qui actibus quasi praesentem Iesum habuimus in terris, scandentem nunc sequamur ad caelum. Quod ne nobis forsitan[1]) aut factu inpossibile, aut dictu[2]) praesumptuosum esse uideatur, audite de hoc loquentem Dominum[3]). *A diebus*, inquit, *Iohannis baptistae uim patitur regnum caelorum, et uiolenti diripiunt illud*[4]). O inaestimabilem[5]) erga nos Dei amorem! Possessio[6]) caeli ab omnibus rapitur, et possessionis dominus direptione laetatur. Rapi res suas cernit et iuuat ipse rapientibus. Adest, prouocat, suffragatur[7]). Totum id se de rapinae fructu perdere putat, quidquid non contingeret occupare raptori. Quis aestimare hunc Dei affectum queat? Arte quadam nobiscum utitur, ut boni simus[8]). Ut nos a paruis auocet, magna proponit. Allicit[9]) caelestibus praemiis[10]), ne terrena miremur. Ne, quaeso, fratres karissimi, spernamus hanc erga nos misericordis Domini caritatem. Non hoc [faciamus[11])], nec utique[12]) nostra res est, [ut[13])], corro-

[1]) C. forsit*a*. [2]) C. dict*um*. [3]) C. *dm̄*. [4]) Matth. 11, 12. [5]) C. in^{ae}stimabilem. [6]) C. posse^{s}sio. [7]) C. suffraga*n*tur. [8]) »Bonisi« am Schluss einer Zeile und »mus« am Anfang der folgenden. [9]) Das Wort vor »caelestibus« ist beinahe ausgewischt. Die beiden ersten Buchstaben sind doch ziemlich deutlich »ag«, die folgenden, wie es scheint, zwei, sind nicht zu lesen. Agit? Ich habe das sehr passende »allicit« gesetzt. [10]) C. pr*a*miis. [11]) Ein Wort, wie dieses, scheint hier ausgefallen zu sein. [12]) Auf »uti« folgen Buchstaben, deren erster deutlich »q« ist. [13]) Dieses Wort scheint hier ausgefallen zu sein.

gati[1]), rapinas noxias sequamur[2]), cum caelum rapere possimus. Inuitati, ut legimus in euangelio[3]), ad sacras nuptias, homines, dum caducis actibus nimis inhiantes, [inuitationem spreuerunt[4])], diuinum conuiuium perdiderunt. Cauete ab hoc exemplo, fratres karissimi. Rapere opes rerum caelestium non queunt, qui raptus[5]) terrestrium non relinquunt[6]).

2. Sed ad propositum reuertamur. Commoratus igitur per quadraginta dies cum discipulis suis Dominus, hoc die, inspectantibus cunctis, receptus in caelum est, siquidem et lectio, quam audistis, ita docuit, quae, cum locutum cum apostolis suis Dominum praedicasset, hoc subdidit: *Et, cum haec dixisset*, inquit, *uidentibus illis, leuatus est, et nubes suscepit illum ab oculis eorum. Et cum intenderent [in caelum*[7])] *euntem illum, ecce duo uiri adsteterunt illis in ueste alba, qui et dixerunt: Uiri Galilaei, quid statis, aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui receptus est a uobis, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum*[8]). Repetamus ipsam[9]) et uim, si placet, uerborum diuinorum consideremus. *Cum haec dixisset*, inquit, *uidentibus illis, leuatus est.* Advertite penitus altum diuini sermonis arcanum. Non enim tantum ascendisse Dominum, sed etiam leuatum esse dixit, scilicet, ut in maiestate eleuationis ascensionis[10]) mysterium nosceremus [et[11])] eleuatum non tantum a se, sed etiam a[12]) patre intellegeremus[13]), non, quia non esset sibi per se ipse[14]) sufficiens, sed ut, quo mittente ad terram[15]) uenerat, ipso ad caelum leuante remearet, cooperante quoque in hoc ipso[16]) spiritu[17]) sancto, quia, qui adfuerat natiuitati, deesse non poterat ascensui. Nam et cum una esset patris et filii[18]) et spiritus sancti operatio, potestas atque natura, licet eum uirtus propria sustulerit, communis tamen substantia subleuabat, siquidem, ubi diuidi a se trinum unitas non potest, unius actus trinitatis effectus est.

[1]) C. »corrogo«, was keinen Sinn giebt. Ich habe »corrogati«, zusammengebeten conjicirt, was zum Folgenden stimmt. [2]) Dieses Wort stand wahrscheinlich im Text. Alles von »Non hoc — sequamur« ist ziemlich stark corrumpirt. [3]) C. euangeli*um*. [4]) Worte, wie diese, müssen hier ausgefallen sein. [5]) C. r$\overset{p}{a}$tus. [6]) C. relinq*u*nt. [7]) Diese Worte sind nach dem Original und dem Citate weit. unt. S. 188 hier im C. ausgefallen. [8]) C. *caelō*. — Act. 1, 9—11 (It. *intenderent*, *receptus;* Vulg. hat »*intuerentur*, *assumptus*«). [9]) C. *et* ips*um*. »Ipsam« geht auf »lectionem« zurück. Textum ipsum? Textum lectionis ipsum? [10]) C. ascensionis eleuationis. [11]) »Et« ist hier im C. ausgefallen. [12]) Ein Corrector hat »*a*« unrichtig in »*ad*« ($\overset{d}{a}$; »d« mit schwärzerer Dinte) corrigirt. [13]) C. intelleremus. [14]) Ips*um*? [15]) C. terr*as*. [16]) C. ips*um*. [17]) C. spirit*o* (spō). [18]) C. fili.

3. Sed uideamus deinde, quid lectionis ordine subsequatur. *Leuatus est*, inquit, *et nubs*[1]) *suscepit eum*. Uidetis, fratres karissimi, quomodo ascendenti ad caelum Domino[2]) etiam insensibilia elementa famulata sint. Non enim dixit: Nubem intrauit, aut: Peruenit ad nubem, sed: *Nubes*, inquit, *suscepit illum*. Quod suscipit aliquid, dilectissimi, necesse est, ut sensu id ipsum suscipiendum non ignorat[3]). Ergo et nubes suscipiens Salvatorem, quem susciperet, agnouit, et ideo suscepit non insensibili receptaculo, sed ambientis affectu. Discamus, quaeso, et nos, fratres karissimi, suscipere Dominum[4]) nostrum, id est: Praesto est, introire desiderat. *Tollite* ergo, ut propheta ait, *tollite portas principes*[5]) *uestras*[6]), *et eleuamini portae aeternales, et introibit rex gloriae*[7]). Mundate domos, mundate ianuas uestras, uniuersa in uobis interiora pariter et exteriora[8]) purgentur! Domus, quae Dominum suscipit, terrenarum sordium habere nihil debet, omnia aduenienti Domino[9]) uacent, cuncta reserentur. Grande infidelitatis periculum est stantem[10]) ante ostium Dominum [non recipere[11])]. Quisque non sic agit, ut recipiat, excludit.

4. Sed quid deinde subsequitur? *Nubes*, inquit, *suscepit illum ab oculis eorum*. Pulchra est scriptura[12]) diuina. Ab ipsis discipulorum oculis Christum dixit nube[13]) susceptum, ut dominicus honor pariter et rei indubitatae ueritas nosceretur, cum id, quod cerneretur oculis, rerum inpleretur effectu. *Nubes* ergo, inquit, *suscepit eum ab oculis eorum*. Uidetis, fratres, mutuum et concordantem in honorem Domini apostolorum simul elementorumque famulatum. Quem ascendentem discipulorum oculi prosecuti sunt, nubium suscepit occursus, nec prius apostolicus[14]) uisus reliquit officium[15]), quam supernorum elementorum [eum[16])] amplecteretur ambitio. O miram discipulorum erga dominum suum et inextimabilem caritatem! Proficiscentem ad caelos Dominum[17]), quia manibus iam tenere non poterant, sequebantur obtutu, cum praesentiâ adesse non quirent, oculis inhibebant. O quanto plus conspiciunt, qui desiderata riman-

1) Die archaistische Form. Ob. und weit. unt. »nubes«. 2) C. *dō*. 3) C. Qui suscepit aliquid, dilectissimi, necesse est, ut sensu id ipsum suscipien*tem* non *c*reat. 4) C. *dm̄*. 5) C. *pripcipis*. 6) C. *uestra*. 7) Ps. 24, 7. 9. 8) C. ext*i*ora (übergeschr. *ri*). 9) C. *dō*. 10) C. st*a*tem (übergeschr. *n*). 11) Diese Worte müssen hier im C. ausgefallen sein. S. das gleich Folgende. 12) C. Pulchra*e*scriptura. Das »t« von »est« ist ausgestossen, und das »s« von »es« und von »scriptura« nur durch ein »s« ausgedrückt. 13) *A* nube? 14) C. apostolici. Apostolici uisus *acies*? 15) Officium *suum*? *Erga eum* officium? 16) Dieses Wort ist wohl im C. ausgefallen. 17) C. *dm̄*.

tur! Transcendit[1]) apostolica acies naturam uisus humani. Quos in inferioribus reliquit Dominus, ab eorum est oculis in superiora susceptus. Resedit quidem apostolorum praesentia in terris, sed amor tamen uenit ad caelum.

5. Sequitur autem: *Et cum intenderent*, inquit, *in caelum euntem illum.* Uidete subtilitatem scripturae sacrae atque mysterium. Superius leuatum esse dixit Dominum, hic euntem, illic quasi ab aliis eleuatus legitur, hic per [se[2])] ipse[3]) conscendens, scilicet ut ibi[4]) cooperatio trinitatis, hic uirtutis proprietas nosceretur. Ergo *cum intenderent*, inquit, *in caelum euntem illum, ecce duo uiri adstiterunt illis in ueste alba.* Quos fuisse hos duos credimus? Non enim de aspicientium numero fuerunt, quos scriptura dixit aspicientibus adstitisse. Qui igitur fuisse existimandi sunt? Angeli utique absque dubio; nam et ideo in ueste alba adstiterunt, ut candoris statim habitus caelestem proderet dignitatem[5]). Quid ergo? Numquid hi tantum duo ascendenti Domino adfuerunt? Non utique, sed ex magno angelorum numero duo ad apostolos missi sunt, ut intellegamus scilicet, omnes diuinae militiae potestates prius occurrisse, quam proficisceretur ad caelum. Adstiterunt tantum? Immo[6]) et dixerunt, siquidem ita legimus: *Ecce*, inquit, *duo uiri adstiterunt illis in ueste alba, qui et dixerunt: Uiri Galilaei, quid statis*[7]), *aspicientes in caelum*[8])? *Hic Iesus, qui receptus est a uobis, sic ueniet, quemadmodum*[9]) *uidistis eum euntem in caelum.* Pulchre dixit scriptura: *Hic Iesus, qui receptus est*, ut ostenderet scilicet, quod[10]) illo esset Dominus receptus, unde prius fuerat acceptus[11]). Nemo enim dici potest alicubi[12]) redire, nisi unde probatur ante uenisse. *Sic ueniet*, inquit, *quemadmodum*[13]) *uidistis euntem in caelum.* Confirmata[14]) est paucis angelorum uerbis apostolorum fides, nec solum in praesenti data, sed etiam in futurum est extensa securitas. Nam cum sic audissent uenturum Dominum, quemadmodum tum suspexerant ascendentem, rerum qui fidem præsentium[15]) uiderant, etiam futurorum[16]) iam conscientia non carebant. Ergo et nos, fratres, fidem nostram doctrinae[17]) euangelicae adcomodemus,

[1]) C. tra^n^scendit. [2]) ›Se‹ ist im C. ausgefallen. [3]) Ips*um*? [4]) C. hat ›*u*bi‹ st. ›ut ibi‹. [5]) C. dignitat*e*. [6]) [Num, numquid] adstiterunt tantum? Immo? [Non] adstiterunt tantum, immo? [7]) C. ›*quis tatis*‹. [8]) C. *caelo*. [9]) C. *quacadmodum* (›que‹ ›qu*ae*‹ geschrieben und ˘ über dem ›e‹ von ›ae‹ ausgelassen. [10]) C. *ut*. [11]) C. *re*ceptus. [12]) Man erwartet ›aliqu*o*‹. [13]) C. *quacadmodum*. Vgl. Anm. 9. [14]) C. Confirmat*um*. [15]) So der C. st. ›qui fidem rerum praesentium‹. [16]) So der C. Futur*a*rum? [17]) C. doctrina. Das Wort steht doch am Ende einer Zeile, wo zu keinem Buchstaben weiter Raum war.

ac sic uenturum credamus Dominum, quemadmodum[1]) eum apostoli tum uiderunt[2]) remeantem. Eadem enim erit tum ad plenum Domini contemplatio, eadem[3]) caro, eadem uisio, eadem[4]) corporaliter pii redemptoris agnitio. Nihil in eo nouum uidebitur, quia Dominus semper est idem, nihil mutatum, quia mutari diuina non possunt. Unde, cum haec ita sint, si praedictum ab angelis aduentum Domini credimus, uenturum esse expectare debemus, quia uirtus credulitatis in expectationis firmitate[5]) consistit. Nec sane expectatio haec inpossibilitatis aliquid in se habet semper[6]). Similis enim in quibusdam communi huic et consuetudinariae hominum expectationi est. Sicut enim is, qui alicuius eorum, quos[7]) satis diligit, aduentum opperitur, assidue de eo cogitat, quem putat esse uenturum, et ad omnes etiam inanes sonos, ad omnes nuntios excitatur, si stridor ianuae fuerit, si latratus canum, si motus arborum, si leue murmur aurarum, auscultat, respicit, percontatur, explorat, ita et nos, aduentum Domini cumexpectantes[8]), solliciti[9]) esse adsidue suspensique debemus, ita ut prope ad omnes sonos, ad omnes strepitus erigamur, et in omnibus, quem uenturum credimus, iam adesse[10]) credamus. Nunquam enim, fratres, inparatus est, qui id agit iugiter, ut esse possit paratus. Et beatus, ut legimus, seruus ille est, quem inuenerit dominus suus in illa hora uigilantem[11]). Ab illo enim tantum inuenietur Dominus[12]), quem inuenerit ipse uigilantem. Alioquin aduentum Domini, cum praescire non quiuit[13]), quem stupor ignorantiae[14]) grauioris pressit[15]), [non comprehendet[16])], quia dies, ut scriptum est, aduentus illius quasi fur in nocte ueniet[17]). Uigilemus ergo, ut conprehendamus furem hunc et tenere possimus. Uacantem enim a malis operibus ac liberum captio furis huius animum[18]) requirit. Qui[19]) aliis occupatus[20]) est, furem hunc capere non ualebit. *Uigilate*[21]) *ergo*, ut ait Dominus, *et orate, quia nescitis diem neque horam*[22]). Felix enim ille est, o dilectissimi, qui conprehendere diem illum quiuerit[23]) furis nocturni more uenientem. Omnes quippe secum fur ille opes aduehet, diuersi usus et uarii

[1]) C. quaēadmodum. Vgl. S. 188 Anm. 9. [2]) C. uidere. [3]) C. eade. [4]) C. eade. [5]) C. firmitatē. [6]) So der C. [7]) C. quem. [8]) Das Verbum »cumexpectare« fehlt in den Lexx. [9]) C. sollititi. [10]) C. adest se. [11]) Matth. 24, 46. Apoc. 16, 15. [12]) C. ds̆. [13]) C. quieuit. [14]) C. stuporrignorantiae. [15]) C. *ut* pressit. [16]) Diese oder ähnliche Worte müssen hier ausgefallen sein. [17]) 1 Thess. 5, 2 vgl. 2 Pet. 3, 10. [18]) C. an(i)mum. [19]) C. Qui *fur*. Qui *forte*? [20]) C. *a*ccopatus. [21]) C. Uigil(a)ite (das »*a*« vom Corrector mit schwärzerer Dinte). [22]) C. *hora*. — Matth. 25, 13. [23]) C. quierit.

supellectilis diuitias exhibebit[1]). Dissimilis est fur[2]) ille caeteris furibus: non auferre uenit, sed munerari cuncta. Substantia, quae cum illo est, eius est generis, cuius ipse. Quisquis[3]) capere furem caelestem quiuerit, bona caelestia possidebit.

X.

Eine von einem Presbyter wahrscheinlich des fünften Jahrhunderts auf Befehl seines Bischofs gehaltene Pfingstpredigt.

Aus einer Sanct Gallener Handschrift des achten Jahrhunderts.

1. Cum et sollemnitas[4]) diei et cultus Dei, qui diem sollemnem facit, doctum et ornatum [oratorem[5])] requirat, productus autem ad praedicandam festiuitatem sim[6]), homo nec uita ad id, nec lingua idoneus, possim[7]), quantum ad conscientiam meam spectat[8]), audaciter dicere, inpossibilia iubere antistitem uestrum, nisi quod, inpossibile[9]) dici aliquid, illo iubente, conuicium est, et conuicium non tantum hominis, sed paene etiam diuinitatis. Nam cum Christus [se[10])] ipsum dicat in apostolis suis recipi a saeculo, quid [aliud nisi conuicium in Deum dicit[11])], qui sacerdotem Dei dicit inpossibilia decernere? Non dico ergo, non posse me aliquid, quod ille in Christo posse decernit[12]), neque in hoc loquendi officio[13]) plus inbecillitati meae, quam auctoritati suae[14]) reddam[15]), nouerim quamlibet infirmitatem meam. Sed fieri potest, ut, quod nostra uilitate[16]) non

[1]) C. exhibe*bus*. [2]) C. fu*it*. [3]) C. Qu*i*quis. [4]) C. »solleñ*e*tas« mit einem Strich (i) durch das zweite »e«. [5]) Dieses Wort oder ein ähnliches muss hier ausgefallen sein. [6]) C. festiuitatem ˙cum˙ sim. »Cum« von einer anderen späteren Hand mit schwärzerer Dinte. Es ist unnöthig und macht die Rede weniger leicht. [7]) C. »poss*u*m« mit einem bleichen und beinahe verwischten »u«, über dem ein »i« mit schwärzerer Dinte als Correctur steht. [8]) C. *ex*pectat. [9]) C. inpossibile *i*. [10]) Dieses Wort muss hier im C. ausgefallen sein. [11]) Worte, wie diese, müssen hier im C. ausgefallen sein. [12]) C. d^e^cernit. [13]) C. offici*um*. [14]) C. su*a* (»suae« st. »eius«). [15]) C. redda*mus*. [16]) C. uilitatē.

ssumus[1]), illo suffragante[2]) possimus, et quod nobis[3]) propria irmitas negat, uirtus praecepti sacerdotalis inpertiat. Etenim, m semper in obsequio[4]) oboedientis operatur, prope est, ut, quod test, qui inperat, possit etiam, qui obtemperat inperanti. Huc[5]) edunt etiam alia[6]) nonnulla, siquidem et haec ipsa sollemnitas, i par esse non[7]) possum[8]), licet mihi magnificentia sua[9]) plurim oneris[10]) inponat, genere tamen ipso atque causa spem loquendi ximam præstat. Nam cum hoc die apostolis usus[11]) linguarum nium datus sit, etsi me dignitas festiuitatis magnitudine[12]) deter- officii, gratia tamen solatur exempli. Potest enim fieri, ut hoc uendi opus[13]), cuius suscipitur famulatus[14]), eius etiam prouetur[15]) auxilio[16]), et quod loquentis indignitas non meretur, honor lemnitatis accipiat. Solet namque a Domino etiam indignis spialis gratia tribui, ut opus[17]) sanctum possint[18]) inplere.

2. Resurgens ergo de inferno Dominus, fratres karissimi, cum ostolis[19]) se suis corporaliter demonstrasset, nec uidendum tantum, scriptum est, sed habendum etiam per dies plurimos fruendumque buisset, paracleti eis, id est sancti spiritus, spopondit[20]) aduentum, ens, quia *Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem spiritu*[21]) *icto baptizabimini non post multos hos dies*[22]). Hanc[23]) igitur m discipulis tum suis, dilectissimi, haec Dominus[24]) festa promi-, in hac baptizandos[25]) per sanctum spiritum sollemnitate memoit.. Peruenimus, fratres, ad diem[26]); superest, ut perueniamus[27]) ad tiam. Orate ergo ac precamini, ut aduentum spiritus, quem etiam praeterito colimus[28]) nunc[29]) in praesentia consequamur. Magnum m munus [huius[30])]. Beatus, qui Dei baptizatur introitu[31])!

1) C. possimus (›v‹ mit schwärzerer Dinte). 2) C. ›soffragante‹ mit in u‹ corrigirtem ›o‹. 3) C. ›nubis‹ mit in ›o‹ corrigirtem ›u‹. 4) C. bsequium. 5) C. Hunc. 6) C. al'a. 7) ›Non‹ steht über der Zeile.) C. possus. 9) C. sui. 10) C. honoris. 11) C. hat bloss ›apostolus‹ t. ›apostolis usus‹. 12) C. magnitudinē. 13) C. ›opos‹ mit in ›u‹ corrigirtem ›o‹. 14) C. famo:atum. ›Famuletium‹ oder ›famulitium‹? 15) C. rou:atur. 16) C. auxilium. 17) C. opōs. 18) C. possit. 19) C. ›apotulis‹, wie es scheint, mit in ›o‹ verwandeltem ›u‹. 20) C. spo:po:pondit.) C. ›spo‹ mit ›v‹ durch ›o‹. 21) Act. 1, 15. 23) C. Han. 24) C. ds̄.) C. batizandos. 26) C. adiē (das ›d‹ von ›ad‹ und ›diem‹ durch ein d‹ ausgedrückt). 27) C. ›peruiniamus‹ mit in ›e‹ corrigirtem ›i‹. 28) Der inn ist, dass die Christen am Pfingsttage auch das Kommen des Geistes ı der Vergangenheit, am ersten Pfingsttage, feiern. 29) Quem in praeterito olimus, nunc etiam? 30) Dieses Wort oder ›hic‹ muss hier ausgefallen ein. 31) C. introito. Wohl nur Verwechselung von ›u‹ mit ›o‹ in der ussprache.

Nihil in eum ulli licet[1]) maculae, nihil terrenis[2]), potest nulla non modo de praeterito[3]), sed ne de praesenti quidem ualet [eum[4])] coinquinare[5]) contagio. Iugi semper baptismo[6]) fruitur, qui consortia diuina sortitur.

3. Sed uideamus tamen, quia lectio sacra promissum esse a Domino aduentum spiritus dixit, quomodo eum, qui promissus est, etiam uenisse declaret. *Et cum conplerentur*, inquit, *dies pentecostes, erant omnes simul in unum*[7]). Priusquam rerum perspicimus effectum, numeri ipsius debemus considerare mysterium. Non enim frustra spiritus sanctus quinquagesimum[8]) potissimum diem suo elegit aduentui. Legimus in lege uetere, insignem[9]) quinquagenario numero obseruantiam deputatam. *Sanctificabis*, enim inquit Dominus, *annum quinquagesimum*[10]), *et uocabis remissionem cunctis habitatoribus*[11]) *terrae tuae. Ipse enim iubilaeus*[12]). *Reuertetur unusquisque ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam, quia iubilaeus est et quinquagesimus*[13]) *annus. Non seretis, neque metetis; sponte in agro nascentia*[14]) [*et*[15])] *primitias*[16]) *uindemiae colligetis*[17]) *ob sanctificationem*[18]) *iubilaei*[19]). Uidetis, fratres, quot modis quinquagenarium numerum Deus [honorarit[20])], quot sollemnitatum generibus inlustrarit etiam. Primum enim *sanctificabis*, inquit, *annum quinquagesimum*[21]). Iure igitur hic numerus ab omni homine sanctus creditur, cui sanctificatio Dei uoce defertur. Deinde *uocabis*, inquit, *remissionem cunctis habitatoribus*[22]) *terrae tuae*. Quam sanctum esse hunc omnibus numerum Deus uoluit, quem quieti[23]) omnium consecrauit, quem honorare uniuersorum otio uoluit[24])! Scilicet, cum remissio hominis ex numeri[25]) huius honore constaret, qui honore[26]) numerum hunc dignum esse non crederet, remissione se indignissimum iudicaret. *Non seretis, neque*

[1]) C. lice*r*it. Lice*b*it? [2]) C. ›terr*i*nis‹ mit einem, wie es scheint, in ›e‹ corrigirtem ›i‹. [3]) C. praeterit*um*. [4]) Dieses Wort muss hier oder nach ›potest‹ ausgefallen sein. [5]) C. q$\overset{v}{o}$inquinare. [6]) C. b$\overset{p}{a}$tismo. [7]) Act. 2, 1. [8]) C. quinquage*n*simum. S. Rönsch, It. u. Vulg. S. 458 f. [9]) C. insign*u*m. [10]) S. ob. Anm. 8. [11]) C. *habit$\overset{to}{a}$ribus*. [12]) *Iubilaeus est!* [13]) C. ›quin*qen*gesimus‹ mit zu ›v̆‹ corrigirtem ›*e*‹ und zu ›a‹ corrigirtem ›*n*‹. [14]) C. *nascenti a e*. [15]) ›*Et*‹ ist ausgefallen. [16]) C. ›prim*e*tias‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. [17]) Vulg. nach dem Grundtext ›*non colligetis*‹. [18]) C. *sanctification e*. [19]) Lev. 25, 10—12. [20]) Ein Wort, wie dieses, oder wie ›ornarit‹ scheint hier ausgefallen sein zu müssen. [21]) S. ob. Anm. 8. [22]) C. *habit$\overset{to}{a}$ribus*. [23]) C. quiet*e*. Wohl nur Verwechselung von ›i‹ mit ›e‹ in der Aussprache. [24]) C. ›uol*o*it‹ mit einem ›v‹ durch ›o‹. [25]) C. homine*s* *sexu* numeri. [26]) C. honor*em*.

metetis; *sponte in agro nascentia et primitias uindemiae colligetis.* O beatam[1]) numeri huius sollemnitatem[2]), in qua, relaxans omnia Deus, humano[3]) operi sua[4]) iussit dona succedere et, otiantibus cunctis, humum fruges sponte generare! Scilicet, ut intellegere humanum genus posset, quanto digna haec sollemnitas cultu esset, in qua uicem laboris humani Deus ipse suppleret. Magna sunt ergo haec, fratres, specie ipsa et corporalium rerum actu, sed quanto maiora mysterio[5])! Quid enim? Numquid uel quinquagesimus annus uel quinquagenarius numerus tantae apud Deum deuotionis[6]) ac sanctitatis[7]) fuit, ut peculiarem meruerit dignitatem? Non utique. Nam res est hic[8]) insensibilis[9]), immo nomen sine re et numerus supputatione[10]) rationabili coaptatus. Nihil ergo mereri a Deo potuit, qui, quid[11]) esset Deus, scire non quiuit. Quid ergo est? Omnia haec scilicet per parabolam mandans Dominus, sub nomine quinquagenarii numeri ad salutem sanxit humanam, scilicet ut, quia quinquagenarius numerus perfectionis[12]) est, quidquid a quinquagenario usque ad centenarium duceret, perfectioni sanctae homines deputarent, non quia non meliores illi ac beatiores sint, qui, ab incunabulis statim ipsis perfectam uitam agentes, perfecto fine consummant, sed ut illi, quos aliquandiu in peccatis aut ignorantia, aut error detinuisset, uel partem perfecti numeri non perderent, qui perfectionis iam plenitudinem perdidissent. Ideo *sanctificabis*, inquit Deus, *annum quinquagesimum*[13]) *et uocabis remissionem cunctis habitatoribus*[14]) *terrae tuae.* Terra sua unicuique corpus suum est, habitatores sunt corporum corporeae[15]) uoluntates. Remissionem ergo dare Deus cunctis corporum habitatoribus iubet, scilicet ut, repudiatis[16]) his, quae in nobis ante habitauerant, uitiis, solus corpora nostra Deus inhabitator obtineat iuxta illud: *Uacate et uidete, quoniam ego sum Dominus*[17]). *Et reuertetur*, inquit, [*unusquisque*[18])] *ad familiam pristinam*, hoc est, ut, exclusis corporalibus uitiis, quae nos prius quasi de possessione[19]) propria deturbarant, homo, diu ab errore possessus, tandem

[1]) Nach »beatam« steht im C. ein cassirtes »en« (:en:). [2]) C. sollemnitate. [3]) C. humanum. [4]) C. s^{r}a. [5]) C. mysterium. [6]) C. *duotionis*. [7]) C. sanctitas. [8]) C. *Ad* res est hoc. Vgl. unt. S. 194 Z. 9—7 v. u. [9]) C. in^{ui}sibilis (»ui« wie von späterer Hand). [10]) C. »soppotatione mit »v« durch das erste »o«. [11]) Der C. hat »qui*d*quid« st. »qui quid«. [12]) So der C. [13]) S. ob S. 192 Anm. 8. [14]) C. *habitationibus*. [15]) C. »corporę« (am Schluss einer Zeile) ae (am Anfang der folgenden). [16]) C. repo^{r}tiatis. [17]) Deut. 32, 39. S. Sab. z. St. [18]) Dieses Wort muss hier im C. ausgefallen sein. [19]) Das »i« von »possessione« mit schwärzerer Dinte statt »e«, was wohl früher stand.

se ipse[1]) incipiat possidere. *Non seretis, neque metetis, sed sponte in agro nascentia et primitias uindemiarum colligetis.* Ad praeteritam hoc scriptura diuina[2]) humanorum errorum sationem et ad praeteritam criminum messem refert. *Non serctis*[3]), inquit, *neque metetis*, id est dicere[4]): Non seretis haec, quae in carne hucusque seuistis, neque metetis haec, quae de carne antea messuistis, quia[5]) insalubris haec satio est et perniciosa haec demessio[6]) secundum illud: *Qui seminat in carne, de carne*[7]) *et metet corruptionem*[8]). *Sponte*, ergo inquit, *tantum nascentia*[9]) *et primitias uindemiae colligetis.* Uideamus, fratres, quae sit in nobis uinea, ut possimus primitias colligere uindemiae. Legimus per prophetam dicentem Deum: *Cantabo nunc canticum dilectae uineae meae*[10]). Et iterum: *Uinea enim Dei domus Israël est.* Israël, fratres, ut ubique legimus, *uidens Deum* interpretatur. Ergo quicumque ex uobis uidit Deum, uinea Dei est. Uineam autem Dei fructus oportet ferre diuinos, quia ita Deus[11]), plantator uineae, dominus[12]) dici potest, si plantatori[13]) incipiat respondere plantatio. Et ideo *sponte*, inquit Deus, *nascentia in agro et primitias uindemiae colligetis.* Optima enim illa sunt, quae[14]) spontanea et quasi post plantationem Dei prima nascuntur, priusquam, interueniente aliqua neglegentia, aut herbis uinea squaleat[15]), aut sentibus obruatur, aut situ durescentis soli horreat, aut cultoris mali errore uioletur. *Sponte* ergo *nascentia et primitias uindemiae colligetis.* Numquid primitias tantum uoluit Deus colligi et reliqua omnia praetermitti, cum multo[16]) plura sint[17]), quae processu temporis maturescant? Non utique, sed, quia praecipua, ut diximus, illa sunt, quae[18]) prima quasi post plantationem Domini colliguntur, hoc praecepit, ut, quidquid in nobis nascitur, tale sit, [ut[19])] primum post plantationem Domini natum[20]) esse uideatur. Omnis enim fructus, qui plantationi proximus est, ipsam plantationem sapit, necdum [per[21])] tempus aut prauitatem corruptus. Beatus ergo ille est, qui, quamlibet uetus cultor sit, primitias semper

[1]) C. ipse ipse:. An der Stelle des ›e‹ im ersten ›ipse‹ stand ursprünglich ›u‹. Der Schreiber wollte wohl ›ipsum‹ setzen. [2]) C. hoc *est* scripturam diuinam. [3]) C. *seretes enim*. [4]) Das ist zu sagen, das ist Dasselbe, wie zu sagen, das will sagen. [5]) C. qua. [6]) C. ›demissio‹ mit in ›e‹ corrigirtem erstem ›i‹. [7]) C. *carnē*. [8]) Gal. 6, 8. [9]) C. *nascentiae*. [10]) Jes. 5, 1. Wie im Brev. Moz. S. Sab. z. St. [11]) C. deum. [12]) Dominus uineae? uineae dominus? dominus eius? eius dominus? [13]) C. plantature. [14]) C. qua. [15]) C. *squa*squaleat. [16]) C. multum (multū). [17]) C. ›sent‹ mit einem Strich (i) durch ›e‹. [18]) C. qui (wohl nur in Folge von Verwechselung von ›e‹ mit ›i‹ in der Aussprache). [19]) ›Ut‹ ist im C. ausgefallen. [20]) C. natus. [21]) ›Per‹ ist im C. ausgefallen.

mittit[1]). Non enim diuinae[2]) origini humanos miscet errores. Semper tale est, quod colligit, quale id uoluit esse ipse, qui seuit.

4. Sed haec, fratres, paulo latius [exposuimus[3])], ut intellegeretis scilicet, diem hanc, quae post resurrectionem[4]) quinquagesima[5]) est, non tantum nobis cultus, sed antiqui esse mysterii, nec solum recenti festiuitate[6]) sollemnem, sed numero ipso[7]) semper fuisse uenerabilem. Nunc ad lectionis[8]) coeptae ordinem recurramus[9]). *Et cum complerentur*[10]) *dies pentecostes*[11]), ***erant omnes simul in unum***[12]). Pulchra est scriptura[13]) diuina. Cum dixisset: ***erant in unum***, non addidit: ***in unum locum***, ut intellegeremus scilicet, hoc, quod ait *in unum*, non ad locum tantum esse referendum. ***Erant***, inquit, ***omnes simul in unum***, id est in unam fidem eandemque sententiam, quia nec mereri unum spiritum potuerunt[14]), nisi fidei unitate placuissent, sicut scriptum est: ***Erat***[15]) ***credentium anima et cor unum***[16]). ***Et factus est***, inquit, ***repente sonitus de caelo***[17]). Non tantum dixit: ***factus est sonitus***, sed: ***factus est*** [sonitus[18])] ***de caelo***, ut personam scilicet descendentis Dei ipsum supernae sedis uocabulum demonstraret, cum utique, unde introisset sonitus, inde futurus declaratur aduentus. ***Factus est*** ergo ***repente sonitus de caelo uelut decurrentis spiritus uehementis***[19]). ***Uehementis spiritus*** dixit, ut uirtutem diuinitatis ipsa uis decursionis ostenderet. Nunquam enim fere angelicis potestatibus aut minoribus caeli incolis hac ad terras contigit dignitate descendere, ut aduentum eorum cuncta sentirent. Legimus namque, angelum Domini et Balaam obstitisse ariolo et Iosuae[20]) occurrisse principi[21]) et Gedeoni adfuisse metuenti, sed et aduentus eorum fuit tacitus, et quieta remeatio. At uero de aduentu Dei, quando in signa[22]) scribitur descendisse, quid legimus? ***Coeperunt***, inquit, ***audiri tonitrua ac micare fulgura et nubes***[23]) ***densissima operire montem, clangorque bucinae uehemen-***

1) Liefert. 2) C. di*un*ae. 3) Dieses oder ein ähnliches Wort (tractanimus, persecuti, prosecuti sumus) muss hier ausgefallen sein. 4) C. res[v]orrectionem. 5) S. ob. S. 192 Anm. 8. 6) C. recenti*s* festiuitat*e*. 7) C. ips*um*. 8) C. ›l/ctionis‹ mit in ›e‹ verwandeltem ersten ›i‹. 9) C. rec[r]orramus. 10) C. ple[con]re[n]tur (›con‹ und ›n‹ mit, wie es scheint, anderer, und kleinerer und späterer Schrift; ›con‹ ausserdem nicht mit Uncialen). 11) C. pente*con*tes. 12) Act. 2, 1. 13) Pulchraesc.iptura. S. ob. S. 187 Anm. 12. 14) C. pot[v]oerunt. 15) C. :t:erat (das ›t‹ cassirte Wiederholung von ›t‹ in ›es*t*‹). 16) Act. 4, 32. 17) Act 2, 2. 18) ›Sonitus‹ ist wohl hier ausgefallen. 19) Act. 2, 2. 20) C. Ios[v]*oe*. 21) C. princip*e* (›e‹ wohl nur Verwechselung von ›i‹ mit ›e‹ in de Aussprache. 22) Signis? 23) C. [v]nobis.

tissimae perstrepebat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne[1]. Conferamus nunc, si placet, cum lectione ueteris testamenti sensum eius, quam nunc disserimus, lectionis. Illic dixit[2]: *Clangor bucinae*[3] *uehementissimae perstrepebat*, hic: *Factus est sonitus uelut decurrentis spiritus uehementis.* Uerba quidem sunt in parte uaria, sed uis una uerborum, siquidem illic uehemens fuisse scribitur strepitus, hic uehemens sonus; idem est autem uehemens strepitus, quod uehemens sonus[4]. Pulchre[5] ergo scribitur a diuina [scriptura[6]]. Iisdem prope uerbis illic dixit, descendisse Dei filium, quibus hic spiritum sanctum, ut, quia una esset[7] uirtus diuinitatis, una quoque declaratio diuini esset[8] et aduentus. Quid deinde in lectione utraque sequitur[9]? Et illic scilicet Deus in igne uenisse et hic in igne [uenisse[10]] memoratur, ut intellegamus scilicet ex aduentus similitudine, etsi non unam[11] in trinitate personam, unam[11] tamen esse substantiam. *Et repleuit*, inquit, *totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis*[12]. *Et repleuit spiritus totam domum*, id est, non sola apostolorum pectora repleuit, ad quae[13] replenda descenderat, sed repleuit etiam totam domum, scilicet, quia non poterat cunctam[14] intra se plenitudinem diuinitatis humana inbecillitas continere, ideo[15], etiamsi repleta spiritu apostolorum pectora erant, domus tamen omnis diuina gratia redundabat. Beata prorsus, fratres, domus, cui sacra contigit maiestate[16] conpleri! Immo beati potius habitaculi illius domini, qui etiam domus sanctificationem uitae absque dubio sanctitate meruerunt! Non enim dubito, quin repleuerit tum corda eorum spiritus sanctus, quorum etiam uestibula[17] conpleuit. Discamus, quaeso, et nos, fratres, recipere in domos nostras spiritum sanctum. Habetis supradictae rei euidens et salubre docimentum. Domus, in qua discipuli tum erant, nisi recepisset sanctos, sanctificata non fuerat; dum coetum suscepit apostolicum, Dei meruit aduentum. Imitamini, fratres, rem egregii et salutaris exempli. Deum sibi unusquisque hospitem parat, qui sanctis pandit[18] hospitium; qui aperuit[19] ianuam discipulo, aperuit[19] et magistro. Imitatores sint[20] aduentus

[1] C. *ignem*. — Ex. 19, 16. 18. [2] C. $\overset{xi}{\text{d}}$it (›xi‹ vom Corrector mit schwärzerer Dinte). [3] C. bucin*a*. [4] C. sonus sonuś. [5] C. P$\overset{l}{\text{u}}$chrę. [6] ›Scriptura‹ ist ausgefallen. [7] C. ess*e*. [8] C. es*t*. [9] Quid deinde in lectione utraque? *Quid sequitur?* [10] Dieses Wort ist wohl hier ausgefallen. [11] C. un*a*. [12] Act. 2, 2. 3. [13] C. a*t*qu*e*. [14] C. cunct*a*. [15] C. *et* ideo. [16] C. maie$\overset{s}{\text{t}}$ate. [17] C. $\overset{s}{\text{u}}$etibula. [18] C. pa*d*it (der Abschreiber hat wohl nur vergessen über ›a‹ oder ›d‹ zu setzen. [19] Aperi*t*? [20] C. s*u*nt.

dominici serui Dei. Si sanctos, o fratres, domo recipitis, pignus uenturi Domini iam tenetis. Sed respiciamus ad reliqua. *Et apparuerunt*[1], inquit, *illis dispertitae linguae tamquam ignis.* Nolo, dilectissimi, in hoc miraculo uisionis sacrae de sola ignis specie cogitetis. Magnum quidem est hoc et ineffabile, in faucibus scilicet apostolicis igneos rutilasse fulgores, et, nulla humanitus existente causa, subito per ignorantium labia sanctorum uim flammae innocuam cucurrisse, quae cum praebuerit miraculum, non attulerit detrimentum, inpleta esse discipulorum ora, non laesa, fuisse rem, non reddidisse[2] uestigium. Magna ergo haec, sed sunt alia maiora[3]. *Apparuerunt* enim, inquit, *illis dispertitae linguae tamquam ignis.* Bene maiestatem naturae sacrae sub ignis nomine sermo praedicationis exposuit. Sicut enim flamma terrestris accendere facem[4] aut lampadam uolenti ita substantiam sui[5] tribuit, quod[6] damnum ipsa non sentit[7], et cum uniuersis, quod[8] petunt, dederit, nihil amittit[9], ita et spiritus sanctus, qui in oribus[10] apostolicis tanquam ignis apparuit[11], sic largitus est omnibus munus suum, quod[12] non est[13] passus ipse dispendium. Deus enim, qui semper idem est, nec profectum sciens, nec detrimentum, sic non ualet largitate[14] minui, quemadmodum[15] nec[16] accessione cumulari[17], et quamlibet multa dederit, manet tamen in statu suo dantis aequalitas. In accipientis abundantia apparere[18], quod accipiat, non potest[19], in largientis substantia, quod recedat. Et ideo bene ait scriptura sacra, diuisum esse in apostolos munus diuinae gratiae tamquam ignem, non quia hic ignis illi[20], qui apparere ibi uisus est, ualeat conparari, sed in scripturis sacris semper ad [hunc] modum[21] similitudo humana ponitur, ut ueritas diuina monstretur[22]. Sicut enim terrenus ignis hic, inflammans admotas sibi ariditates, non modo non inminuitur eorum accessione, sed crescit, ita et spiritus sanctus, inplens et quasi accendens corda apostolorum, etsi augmentum ut deus accensione non cepit, detrimentum tamen largitione non pertulit, inpletumque[23])

[1]) C. *apparuent.* [2]) C. re*d*isse. [3]) C. ali*d m*aiora (das »m« von »maiora« zwei Mal ausgedrückt). [4]) C. faciem. [5]) Man erwartet »su*am*«. [6]) Man erwartet »*ut*«. [7]) Man erwartet »senti*at*«. [8]) C. q̆od. [9]) Man erwartet »amitt*at*«. [10]) C. *au*ribus. [11]) C. apparu*er*it. [12]) Man erwartet »*ut*«. [13]) Man erwartet »*sit*«. [14]) C. la^r^gitate. [15]) C. qu*ae*admodum. S. ob. S. 188 Anm. 9. Mit »quaeadmodum« tritt im C. eine andere Hand ein, die auch mit schwärzerer Dinte schreibt. [16]) C. *ne.* [17]) C. cu*mm*ulari. [18]) C. appa^o^rre. [19]) C. ā ^a^ccipiat. [20]) C. non quia *non* igne*s* ill*e*. [21]) C. »admodum« ohne »hunc«. [22]) C. monstr*ar*etur. [23]) C. inpletum; que.

